Clinet 433
(erreur de collation)

Baudrier V: 366 Pour Romain Morin

Jean Marion
28 mars 1520

Harrisse 103
erreur de collation

# Mirabilia Rome.




# Opuſculũ de Mirabilibus Noue et Veteris Vrbis Rome editũ a Franciſco Albertino Florentino.

Cum Priuilegio.





# EPISTOLA
## CORNELIVS CYMBALVS FRANCISCO ALBERTINO FLOREN. PONTIFICII DOCTORI. S.P.D.



Miraris varias eſſe authorũ qui de vrbis antiquitate ſcripſerunt/opiniones: inter quos Io. Tortelium & Blondum/Pomponiumq; læt. qui cum de huiuſmodi re ſcripſerint inuicem diſſentiunt: quam rem minime mirari debemus. Cum diuerſa diuerſis ſcripſerint temporibus: nã nihil certi poſt illam Totilæ diruptionẽ haberi poteſt: niſi id quod vel per epytaphia: vel per aliquas in marmoribus inſcriptiones.
Quod hoc noſtro/& ita felici tempore Iulio ſecundo Ponti. Maximo in ſolio Petri ſedente/contigit. Vnde tu inter alios: qui de antiquitate ſcripſerint/hilarius gratioſiuſq; progredi poteris: cũ multa illis incognita: quæ tibi & aliis amicis cognita ſunt addidiſti: quibus (vt ſpero) eruditiores gaudebũt. Itaq; egredere: egredere (vti compluries efflagitaui) vt imprimatur hoc: ad quod vt imprimentur perſuadeo illa alia opuſcula de Vrbis ſcilicet ſtationibus: de confeſſione: de modo recte viuendi: de ſacramento: & quod ita eruditius ſcripſeris: vbi eccleſiæ illis quatuor doctoribꝰ merito comparari meres: de expoſitione ſcilicet ſuper orationem Dominicã & ſalutationem Angelicam. Hoc cum primum feceris: tuas credo lucubrationes gratas fore omnibus: itaq; mi Franciſce aliud tibi perſuadere nequirẽ niſi quod tibi/& amicis vtile foret. Vale Romæ. iii. nouas Nouembris.

# TABVLA

## CORNELII DISTICHON.

Si priſcam quis ſiue nouam vult cernere Romam
Is duce Franciſco mœnia cuncta videt.

### In Primo Libro.


| | | |
|---|---|---|
| De mœnibus & ambitu Vrbis & pomerio. | | |
| De portis Vrbis. | char. | 5 |
| De Viis & plateis. | char. | 6 |
| De pontibus Vrbis. | char. | 7 |
| De montibus & collibus. | char. | 9 |
| De aquæductibus. | char. | 11 |
| De Thermis. | char. | 13 |
| De Naumachiis & Cloacis. | char. | 14 |
| De Circis eius. | char. | 15 |
| De Theatris & amphiteatris. | char. | 15 |
| De ærario & pecunia pub. | char. | 16 |
| De Foris & curiis. | char. | 17 |
| De Campo Martio & aliis campis. | char. | 18 |
| De Palatiis & loco palladii. | char. | 19 |
| De domibus & inſulis. | char. | 20 |
| De Nympheis & Horreis. | char. | 21 |
| De Tribubus & Regionibus Vrbis. | char. | 22 |
| **In Secundo Libro.** | | |
| De ſacerdotibus & magiſtratibus. | char. | 26 |
| De templis Vrbis. | char. | 27 |
| De Bibliotecis & Baſilicis. | char. | 31 |
| De Capitoliis. | char. | 31 |
| De aſyllo & nonnullis Turribus. | char. | 32 |
| De porticibus & labris porphireis. | char. | 32 |
| De Tropheis & columnis memorandis. | char. | 33 |
| De Arcubus triumphalibus. | char. | 34 |
| De Colloſſis Vrbis. | char. | 36 |
| De ſtatuis ac picturis. | char. | 36 |
| De cœmiteriis ſacris. | char. | 33 |
| De ſepulchro Auguſtorum & mole Hadriana. | char. | 38 |
| De ſeptizonio & nonnullis epythaphiis. | char. | 39 |
| De Obeliſcis & methis. | char. | 40 |
| De carcere pub. | char. | 41 |

| | | |
|---|---|---|
| De Legibus & tabulis Aeneis. | char. | 41 |
| De laudibus nonnullorum Ro. | char. | 42 |
| De diuitiis Ro. | char. | 43 |
| De Triumpho nonnullorum. | char. | 44 |
| De Magnitudine imperii. | char. | 45 |
| De Laude Vrbis. | char. | 46 |
| In Tertio Libro. | | |
| De Noua Vrbe Ro. | char. | 47 |
| De nonnullis eccleſiis & capellis. | char. | 48 |
| De palatiis pontificum. | char. | 50 |
| De domibus Cardinalium. | char. | 51 |
| De Hoſpitalibus. | char. | 52 |
| De bibliothecis. | char. | 53 |
| De Caſtro ſancti Angeli. | char. | 53 |
| De Beluidere. | char. | 54 |
| De Porticibus. | char. | 54 |
| De Viis & Plateis. | char. | 54 |
| De Sepulchris memorandis. | char. | 55 |
| De Valuis & Columnis Aeneis. | char. | 55 |
| De Officina pecuniæ. | char. | 56 |
| De Fontibus & Pontibus. | char. | 56 |
| De cloacis & purgat. Anienis. | char. | 56 |
| De Aedificiis ab Iulio.ii.conſtructis. | char. | 56 |
| De laudibus Ciuit.Flor.& Saon. | char. | 57 |


FINIS



# EPISTOLA

## HVMILIS AC DEVOTVS FRANCISCVS ALBERtinus florētinus/vnus e capellanis Reuerē.Car.tit.ſanctæ Sabinæ ad Iulium.ii.Pontificem.Maximum.



COnſuetudo mea in amicos Beatiſſime pater/& amor feliciſſimæ bonæ memoriæ Galeotti Card. defuncti/ac plurima eius erga me officia vehemēter cogunt:vt tuæ Sanctitati meum ſtudium/omnem operā pollicear.Idq; nepoti Sixto Car. ei⁹ fratri polliceor .Quotiencunq; illum video Galeotti ſemper iuſſa mihi impoſita cum imagine in mentem ſubeūt. Sed ea tempora inciderunt:vt gratiam & auctoritatem meam nō audeam polliceri:niſi hac exceptione/quantum poſſim/quantūq; valeam.In cæteris vero rebus abſq; vlla expectatione temporis aut laboris occupatiōis ve opa mea ſanctitas tua vtat̃.Quod pollicear præter me ipſum/nihil eſt. Cum enim opuſculum de ſtationibus & Reliquiis Vrbis ad Imperatorem diuino auxilio a me compoſitum vidiſſet præfatus Reueren.Galeottus/dixit. Frāciſce:Bonum opus operatus es.Quare & mirabilia Romæ imperfecta fabularūq; nugis plena nō corrigis?Non enim datur corona incipientibus/ſed perſeuerantibus vſq; in finem. Præcor te vt in hoc mihi complaceas. Bonæ intentioni cuius annuens promiſi. Ea diligentia qua potui:opuſculum de mirabilibus Romæ veteris emendaui:ac nouæ Vrbis aliud in lucem produxi: quod quidem Reuerē.Galeotto Vicecācellario/ac ſancte Rom̄. Eccleſiæ

preſbytero Card.titu.S.P.ad vin.dedicare deſtinaueram. Sed im proba & acerba mors Pōtifex ſumme in tanta rerum expectatio- ne fecilitati eius & labori meo inuidit in medio itineris curſu. Ta- men ſicut domino placuit ita factum eſt: ſit nomen domini bene- dictum: & anima eius cum ſanctis omnibus in pace Chriſti requie ſcit. Humiliter precor ſanctitatē tuam: vt ipſa pro eius amore par uulum munuſculū in loco virtute prædicti Nepotis a ſeruulo Frā ciſco de Alberti.florē.ſimul cum eius recta intentione/ſinceraq; fide accipere velit. Quod quidem opuſculum tuæ ſanctitati iam- diu tanq̄ numini dicatū eſt: quam amo/obſeruo/veneror atq; co lo/rectam valitudinem perpetuamq; opto. Quod ſi impetrauero/ nihil eſt quod timeam. Tua igitur ſanctitas cōgaudeat ac ſemper lætetur de felicitate ac victoria ciuitatis Bono.recuperatæ & alia rum ciuitatum a Venetis occupatarū.ſ. Fauentia: Ariminū: Cer uia: & antiqua Rauenna: quæ omnes ad priſtinam libertatem ec- cleſiæ deuenere tempore tuæ ſanctitatis. Quid nunc reſtat niſi ip ſos infideles ac perfidos maumethanos perſequi: vt ad veram fi- dem conuertantur? Lætetur inquam tua Beatitudo/ tēpore cui? Portugall. Rex nouas inſulas & barbaras natiōes ad fidem Chri ſti conuertit. Nouiſſime vero Hyſpaniarum Rex cum Car. Tolle- tano ciuitates & portus infideliū debellauit ad fidemq; veri dei conuerti fecit. Si mēbra hoc faciūt: quid caput cum brachiis cæ- teriſq; corporis membris totius chriſtianitatis vnitæ faciet. Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus per viſcera miſericordiæ ſuæ faciat princi pes ipſos concordes: vt populus Chriſtianus merito & numero augeatur. Pater Beatiſſime quomodo patitur ſanctitas tua ciuita- tem Sanctam Hieruſalem/ac loca ſancta a ſpurciſſimis fidei hoſti bus conculcari: ac ſepulchrū Chriſti a perfidis maumethanis co- inquinari: ſanctāq; Eccleſiā Catholicam ab inimicis Chriſti per ſequi? Vrbanus.n.ii. Pōtifex cum tricentis Mill. hominum ſigno ſalutiferæ Crucis affixis: quid nam fecit? Nōne & Anthiochiam & Aſiam fere vniuerſam ad fidem Chriſti conuertit? Relinquo ex peditionem Lucii.ii. & Clementis & Innocētii.iii. Honoriiq; eiuſ dem nominis aliorumq; Pontificum: qui ad ipſam expeditionem Principes & Reges Chriſtianos conuocarunt: ac victoria tan- dem potiti ſunt. Vtilis eſt hæc ſancta expeditio animæ.ſ. & corpo- ri pugnantes pro fide ſancta perueniamus ad gloriam ſempiter- nam. Cæterum quanta & qualia bona temporalia & regna ac do minia ex hac expeditione aſſequi poſſum?: res ipſa per ſe patet: &

præſertim terram fluentem lacte & melle/quam deus promiſit po pulo ſuo colēdam. Heu nephas: heu dedecus totius populi Chri- ſtiani: ſi rempublicam chriſtianam ſaluam cupitis. Chriſtum dili- gite: qua mente/quo vultu/quibus ve oculis intueri poteſtis tot inſignes prouincias ac nobiles ciuitates cum imperio Conſtanti nopolitano quibus in locis populus Chriſtianus Euangeliū ſan- ctum prædicare conſueuerat/ab hoſtibus fidei chriſtianæ nūc oc cupari? Cauēdum eſt a vero iudice dicente. Omnis arbor quæ nō facit fructum excidetur & in ignem mittetur. Et iterum. Auferet- tur a vobis regnum: & dabitur genti facienti fructum eius. Exp- giſcimini puſillanimes & nolite timere. domin⁹.n. pugnat pro fi- delibus. Si Saul percuſſit mille & Dauid decē millia in figura prio ris teſtamenti. Nonne & dominus noſter Ieſus Chriſtus in vero teſtamento percutiet & confringet capita omnium inimicorū ec cleſiæ ſuæ ſanctæ? Ceſſent iam ciuilia bella: ceſſent iam bella chri- ſtianorum principum in chriſtianos. Iam ſunt principes vndiq; armati ad prelium in ipſa Italia. Iam tempus meſſis aduenit. Ecce inquam parata ſunt omnia: periculum eſt in mora. O inuicti ger- mani vbi ſunt victoriæ antiquæ? O Chriſtianiſſimi galli: qui iam Chriſti ſepulchrum recuperaſtis? O fideliſſimi Hyſpani qui totiēs cum infidelibus pugnaſtis? O fortiſſimi pānonii qui quotidie cō tra maumethanos tanq̄ ſcutum fidei pugnatis? O inclyti & potē- tes Itali vbi ſunt vires & ingenia ac ipſæ diuitiæ? vbi inquam mi rabilia geſta antiquorum veſtrorum memoria digna: qui totum orbem ſub ſuo imperio congregarūt? Quid dicā de regibus vni uerſis/ac aliis principibus chriſtianis: qui quidē omnes concur- rent ad tam ſanctam & dignam expeditionem. Quapropter Bea tiſſime pater Iuli deprecor/vt alter iulius īuictiſſim⁹ in tertio triū pho cuius ſcriptum erat. Veni. Vidi. Vici. Eadem verba in trium pho Crucis chriſti decantare valeat Sanctitas tua. Quantum ve ro meritū quantaq; laus & æternitas gloriæ apud deum & homi nes ex hoc opere paretur tuæ ſanctitati: ipſamet pro ſua ſingula- ri ſapiētia exiſtimare facilius poteſt/q̄ vllis verbis explicari. Ergo dum tempus habemus operemur bonum pro ſalute animarū ad laudē & gloriā omnipotentis Dei qui viuit & regnat in ſæculū.

## Proemium huius operis.

VRbs Roma: quæ caput eſt aliarum ciuitatum cōdita fuit Olympiade. vii. teſte Dionyſio. Mundi vero. iiii. M. ccccl. Ante ſalutem vero domini fere ſeptingentos. & a Rhomo comite Aeneæ vel a Rhoma Aſcanii neptæ vel a Roma Itali filia vt clare dicam in noua Vrbe nominatam eſſe dicūt q̄uis nōnulli a Romo fratre Remi: qui fuit primus rex Romanorum / Romam eſſe velint: quæ quidem a barbaris exteriſq; gentibus ſæpe incenſa fuit ac diruta. Quapropter beatiſſime pater in primo libro ſcribam de mœnibus & portis ac pontibus & regionibus veteris Romæ. In ſecundo vero de templis & magiſtratibus & Capitolio & aliis ædificiis & mirabilibus eius. In tertio & vltimo concludam libro / in quo ſcribam de palatiis pontificum & Cardinalium ædibus & aliis ædificiis nouæ Vrbis: ea breuitate qua potero / nōnulla cōnectens de pulchris rebus Florētinæ ciuitatis nacta occaſione propoſiti: ne a patria ipſa ingratitudinis vitio reprehendar / cum ſit quod ipſi florentini in initio ciuitatatis prædictæ / Romani per multū tempus appellati ſint. Tamen in hoc parcat mihi Sanctitas tua / quod ſimpliciter ſtiloq; infimo potiuſq̄ mediocri vel ſupremo (vt deceret) ſcripſerim. Sum enim doctis atq; indoctis debitor / quos quidem omnes deprecor / & errores ipſos charitatis gratia caſtigent: ac deum ipſum pro me orent immortalem.



## De Mœnibus & ambitu Vrbis Ro.

MOENIA Magnæ Vrbis Romæ habuerunt.dcxxxiiii. Turres cum pinnis/& propugnaculis atq; deambulatoriis vigilūq; receptaculis: nunc vero Turres numero ſunt.ccclxv.

Ambitū vero Vrbis.xx. mil.paſſuum cōtinuiſſe dicitur/teſte Plinio & Vopiſco: Flauius vero hiſtoricus ſcribit. Aurelium imperatorem ambitum Vrbis ad.l.Mil.paſſuum ampliaſſe ripaſq; Tyberis extruxiſſe. Noſtro vero tempore cum ianiculo & Vaticano vix paſſuum milia quindecim eſſe iudicio: quæ quidem mœnia pluries diruta fuere a barbaris: poſtea vero a diuerſis pontificibus multis in locis inſtaurata. Poggius noſter Flor. ad Nicolaum.v. Pont.de varietate fortunæ Lib.primo ſcribit. Quid iam querat: quod etiam ſtuporem recenſenti mihi affert: Vrbis mœnia ita multiplci clade afflicta/ita a fundamentis eruta: vt nedum locus eorum priſtinus/ſed nedum veſtigium quidem vllum aſpiciatur / omnium veterum murorum ſublata memoria. Nam ea quæ cernis lateritia noua ſunt: & poſt octingenteſimum annum deletis prioribus. Primum ab Hadriano incohata collato ab Hæthruriæ populis centum auri pondo/ tum a Gregorio vno & item ab altero pontificibus perfecta: vnde & diuerſorum Pontificum opus variam reddit murorum formam. Antiqua mœnia ex quadrato lapide poſt incenſam a gallis Vrbem conſumata Liuius tradit: vt in portis ipſius vrbis adhuc veſtigia denotant. Apud mœnia erat pomerium: id eſt ſpacium quoddam poſt murum / quid neq; arari nec habilitari fas erat: vt nūc eſt in noſtra Ciuitate Florentina intus & extra cum mætharum ſignis: adeo quod facile ſolatii gratia/ quiſq; deambulare poteſt: tamen Romæ noſtro tempore non ſeruatur: vbi & vineæ & priuatæ ædes Vrbis mœnibus coniūctæ ſunt a pluribus namq; Imperatoribus ampliata ſunt / vt apparet ſuper portam Portuenſem in lapide cum his literis.

IMPP. CAES S. D D.HH. INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS HARCADIO ET HONORIO Victoribus ac Triumphatoribus ſemper Augg. ob inſtauratos Vrbis Aeternæ Muros/Portas ac Turres ægeſtis immenſis ruderibus ex ſugge

ſtionſbus. V.C.& illuſtris militis & magiſtri vtriuſq; militiæ ad perpetuitatem nominis eoꝝ ſimulachra conſtituit.
Similiter & de pomerio hoc anno. M.D.ix.in lapide Tyburtino nuper offoſſo non longe a Cancellaria litere indicant.

POMERIVM.

TI.CLAVDIVS DRVSII.F.CAISAR. AVG. Cermanicus Pon.Max. Trib. por. VIIII. imp.xvi. Cos.IIII. Cenſor P.P.auctis populi Romani finibus Pomerium.AMPLIA ꝫIT TEMINA ꝫIT Q.

Nonnulla in ſtationum opuſculo de ipſa vrbe ſcripſi/ quæ quidem replicare ſuperfluum videtur.

De portis vrbis.

Romulus primus romanorum rex tribus portis tantum cinxerat Vrbem:q̄uis nonnulli quatuor affirment.

Prima porta Mugonia dicebatur a mugitu animalium quæ & trigonia poſtea dicta fuit.

Secunda porta Carmentalis a Carmenta matre Aeuandri: quæ & Scelerata poſtea vocata eſt non longe poſita erat a Iano.

Tertia vero Pandana ſeu Romanula vocabatur: quæ & libera dicta eſt: quam Pompilius inſtituit clauſam ſtare pacis tempore/vt ait Piſo in Annal. Liuius dicit ſuo tempore.xxxvii. portas fuiſſe in Vrbe. Plinius vero dicit.xxx. q̄uis ſeptem clauſas fuiſſe confirmet. Noſtra vero etate ſunt.xx.cum illis: quæ in ciuitate Leonina comprehenduntur.

Prima porta pricipalis triumphalis dicebatur/ quæ omnium erat celeberrima non longe ab eccleſia Sancti Spiritus poſita.

Secunda porta Flumentana poſtea vero Flaminia a Via nunc vero porta populi appellatur.

Tertia porta Collatina: quæ Collatiam Sabinorum opidum ducebat: poſtea vero Pinciano a Pincio ſenatore/ quæ quidem nomen retinet.

Quarta porta Quirinalis a Quirinali ſacello ſeu collina a Quirinali Colle: eadem Aegonenſis dicta ab Aegono monte: poſtea vero Salaria: vt nunc a Sale dicam.

Quinta porta Numētana a Numēto opido poſtea Viminalis a viminū multitudine: nūc aūt appellatur porta ſanctæ Agnetis.

Sexta porta Exquilina poſtea Tyburtina deinde Thaurina a capite tauri: nunc vero porta ſancti Laurentii extra muros dicitur.

Pomponius lætus Exquilinam dicit eſſe nunc clauſam cum por-

ta inter aggeres.

Septima porta Labicana ſeu Neuia a Neuio nemore nunc vero porta maior appellatur: ſuper quam literæ multæ cubitales apparent: vt dicam in aqueductibus.

Octaua porta Aſinaria/ q̃uis nõnulli dicãt Cælimõtanam & Septimiam appellatam fuiſſe: tamen antiquitus porta Cælimõtana erat inter Aſinariam & metrodii / ſed in mœnium inſtauratione clauſa remãſit: nũc vero porta ſancti Ioãnis appellatur.

Nona porta Gabiuſa dicebatur quæ nunc eſt clauſa muro nõnulli Metrodii portam appellant.

Decima porta Latina ſicut & nũc appellatur non longe ab eccleſia ſancti Ioannis Euãgeliſtæ ab ipſa Via.

Vndecima porta Capena poſtea vero Appia. nunc autem porta ſancti Sebaſtiani appellatur.

Duodecima porta Trigemina ſeu Hoſtienſis dicebatur vt frontino placet; nunc vero porta ſancti Pauli appellatur.

Decimatertia porta Portuẽſis a portu Claudii Imp. dicta: nũc vero porta ripæ dicitur in qua ſunt literæ Harcadii & Honorii impp. de inſtauratione vt ſuperius dixi.

Decimaquarta porta Aurelia: nunc autem porta ſancti Pancratii dicitur.

Decimaquinta porta Fontinalis non longe a prædicta in vaticano adhuc extãt veſtigia a fontibus dicta: vt Liuio placet.

Decimaſexta porta Septimiana a Septimio imperatore: quæ nomen adhuc retinet.

Decimaſeptima porta Turrionis dicitur a Nicolao quinto fundata non longe a Campo ſancto: quæ & Poſterula dicitur.

Decimaoctaua porta Pertuſa in monte Vaticano non longe a ſtabulis palatinis.

Eſt & porta Iulia apud viridarium: quam nuper tua Beatitudo ſumptuoſo ædificio & Tiburtino lapide fundauit exornauitq́ apud noua Mœnia Beluidere nũcupata: quæ quidem duæ portæ: non ſemper (vt aliæ) oſtendũt introitum patefactum: ſed potius ad cõmoditatem Pontificis & curialium aperiũtur.

Vigeſima porta Aenæa vocatur: nunc vero porta caſtelli ſancti Angeli dicitur: non longe a mole Hadriana: quæ vltimæ quinq; portæ poſitæ ſunt in ciuitate Leonina.

Erant & aliæ porte: vt Querquetulana a quercu. Lauernalis a Lauerna dea. Ruduſculana; quod ærata eſſet vel quaſi rudis ſit

impoſita & relicta apud Neuiam portam.
Ruthumenæ ab auriga ſic dicto. Minutia a ſacello Minutii: Catularia a canibus dicta: qui ibidē immolabātur: aditus quarum propter vetuſtatem & mœnium inſtaurationem neſcitur: tamen multi multa dicunt/quot homines/tot ſententiæ.

## De Viis & Plateis.

ERant enim in vrbe viæ. xxix. principales: vt placet. P. victori. tamen tot erant viæ quot portæ vt Liuius inquit/de quibus nonnulla ſcribam.
Via triumphalis a Vaticano/vbi & pōs erat triumphalis ad Capitolium vſq; tendebat: q̄uis nonnulli ad Valebrum vſq; affirment.
Via Flamminia/quam. C. flamminius collega. M. Lepidi in cōſulatu victor ligurum ſtrauit ex vrbe Ro. per Tuſciam & Vmbriā Ariminū vſq; vt adhuc in multis locis viſuntur veſtigia.
Via Salaria: que aſſale nomē accepit: quoniam per illam ſal in Sabinos portari conſueuerat.
Via Numentana ſiue Eigulenſis/ qua itur Nomentum quod eſt oppidum in Sabinis: & in agro numentano balnea fuere: vnde Nero Claudius fugiens ad. iiii. miliarium in ſuburbano liberti ſui inter Salariam & Numentanam viam ſeipſum interfecit.
Via Labicana a porta Exquilina incipiēs a qua & prænestina: de quibus Strabo mentionem fecit lib. i.
Via Latina quæ poſita eſt inter appiamviam & Valeriam quæ ad Caſſinum oppidum Appiæ coniungitur: in qua ſepeliebātur cadauera ſicut in Flamminia.
Via Appia: quæ tendit ad eccleſiam ſancti Sebaſtiani ab Appio Claudio cenſore: qui dictam viam a porta Capena Capuam vſq; ſtrauit: quam poſtea Traianus Impe. inſtaurauit Brunduſium vſq;: vt inquit Strabo: paludeſq; pōtinas ſiccauit & alia q̄ plurima reſtituit ædificia: vt in lapide marmoreo apud Circū maximum inuento apparet cum his literis ſculptis.
IMP. CAES. DIVI NER VE. F. TRAIANA Germanico Dacico. Pont. Max. Tribu. Por. VIII. Imp. IX. Cos. V. P. P. Tri. xxxv. Quod liberalitate optimi Principis cōmoda carū etiā locorū adiectione ampliata ſint.
Via Piſcina erat inter Thermas Antonianas & eccleſiam ſancti Sixti. vt adhuc veſtigia demonſtrant.
Via Suburana: quæ tendit a foro Traiani ad eccleſiā ſancti Mar-

tini in montibus.

Via alta a Thermis Conſtantini vſq; ad viminalem portam ten-debat.

Via Traiana & Aurelia a nominibus propriis dictæ. Erat & via Valeria & Tyburtina. Annia & Aemilia.

Via Claudia & Campana. Hoſtienſis & Laurentina.

Via Setina & Ardeatina. Tyberina & Quintia. Via Caſſia & Cornelia. Gallicana & Patinaria. Via aſinaria & Cimina: quæ quidē omnes retinent nomen vſq; in hodiernam diem.

Erat præterea in vrbe Via ſacra: in qua ictum fuit fœdus inter Romulum & Tacium: quam Cæſar dum eſſet Dictator velis intexit a domo ſua ad Cliuium vſq; in Capitolium & tendebat a Regia ſeu a curia veteri ad arcem vſq;: per quam triumphantes ibāt ad Capitolium. & in qua augures ſedem habentes inaugurari conſueuerant non lōge a carinis.

Via noua / quam inſtaurauit anto. Caracalla. imper. erat apud Thermas ipſius / quæ incipit a porta pallatii per radices ipſius mōtis ſupra Circū max. vſq; ad infima piſcinæ. piſcina pub. erat vbi nunc eccleſia ſancti Sixti.

Via lata erat apud Iſeum: quæ adhuc cum eccleſia ſanctæ Mariæ in via lata nomen retinet

Erant & aliæ viæ: vt ianuclenſis & Gallia: veſtigia quarū haud facile cognoſcuntur. Veſpaſianus vero impe. multas vias deſtructas inſtaurauit: vt in vetuſtiſſimo lapide marmoreo ante ædes Conſeruatorꝝ poſito literæ inciſe indicant. S.

IMP. CAESARI VESPASIANO AVGV. PONT. MAX. Trib. Pot. III. IMP. XII. PP. Cos. III. Des. IIII.
S.C.

Quod Vias vrbi negligentia ſuperior. tempor. corruptas impenſa ſua reſtituit.

Erāt deniq; in vrbe plateæ pluribus in locis variis lapidibus ſtratis & ſtatuis & colloſis exornatis.

Platea vero pallatii ſaxo lacedemonico ac porphiretico Ant. Heliogabalus imperator ſtrauerat.

Erant in ipſa Vrbe multæ Areæ: vt area Capitolina in qua erant cellulæ ſubterraneæ teſte Gellio lib. ii. vbi reponi ſolerent ſigna vetera: quæ ex eo templo collapſa eſſent et alia quædam religioſe donariis conſecrata & adhuc viſuntur veſtigia vulgo Sala Cæſaris. Erat & Area pinaria & Apollinis vt dicetur in regionibus.

Erat prætereа Vmbilicus ipſius Vrbis in Regione.viii.vt appa-
ret in marmore antiquo tranſlato, ad eccleſiam ſancti Ioannis de
pinea.

Tamen pater Beatiſſime.non omnes omnia poſſumus.Quæ au-
tem feci/domino adiuuante/cito feci:vt infraſcripta carmina de
cantare valeam.

Si bene quid facias:facias cito:nam cito factum.
Gratum erit:ingratum gratia tarda facit.

## De Pontibus Vrbis.

Pontes Vrbis ſeptem fuere principales/q̃uis vibius ſequeſter &.
P.victo.octo fuiſſe confirmant.Videlicet.

Aelius.Aemilius. Aurelius. Tarpeius. Palatinus. Exquilinus.
Vaticanus & Ianuclẽſis.Ioan. Annius Viterb.ſuper Fabium pi-
ctorem ſcribit Carmentalis porta erat vbi pons carmentalis:quo
trecenti Fabii contra veientes tranſeuntes Tyberim in ſe linque
bant ianiculum a dextra vt patet in Liuio.

Primus pons ſublitius dicebatur:qui fuit ligneus ab Anco Mar-
tio rege Ro.ſtructus.poſtea vero ab Horatio coclite pro liberta-
te patriæ interciſus:quem deinde Aemilius lapideũ fecit:a quo
Aemilii nomẽ accepit;veſtigia cuius ad radices Auentini diruta
cernuntur.vulgo dicitur marmorata.

Secundus pons erat ſenatorum:qui & Palatinus dicebatur: nũc
vero pons ſancte Mariæ vocatur.

Tertius pons eſt inſula Iouis lycaonia vetuſtiſſimus qui & Tar-
peius antea dictus fuit ſeu Fabritius quem.L.Fabritium. C.D.cu
ratorem viarum faciundum curaſſe epygramma teſtatur: &.M.
Lepidum.&.M.F.Cos.approbaſſe.In arcu pontis ſupra profluẽ
tem eſt inſcriptio corroſa cum his literis.

L.FABRITIVS. C.F.CVR. VIAR.faciundum coerauit.Q.
Lepi.M.F.M.Lollius.M.F.Cos.probauerunt.nunc vero pons
iiii.capita nominatur.in quo loco eſt Quartus pons coniunctus
prædicto ponti:qui vocabatur pons Ceſtius ſiue Exquilinus(vt
placet Pub.vic.)in quo marmoreæ tabulæ vetuſtate conſumptæ
cum his literis viſuntur.

Domini. Noſtri IMPERATORES Cæſares.FL.VALEN
TIANVS PIVS FELIX Maxim⁹ victor ac triumf.ſemp Aug.
põ.Maxim⁹ Germanic. Max. Alamann.Max.Franc.Max.Trib.
pot.vii.imp.vi.Cos.ii.P.p̃p̃.

ET FL.VALENS Pius Fœlix Maxim⁹ victor ac triumf.ſemp

Aug.pon.max. Franc.Max. Ghotthic max.trib.pot.vii.imp.vi. Cos.ii.P.p̄p̄.

ET GRATIANVS Pius Fœlix max.victor ac triumf. Semper Aug.pontifex maxi.Franci.Maxi.Ghotthic. max.trib.pot.iii.ip. ii.Cons.primum.P.p̄p̄.pōtem fœlicis nominis Gratiani in vſum ſenatus ac populi conſtitui dedicariq; iuſſerunt.Noſtro vero tē pore pons ſancti Bart.vocatur.

Quintus pons aurelius dicebatur poſtea Ianuclenſis:quem Antonius pius imp.marmoreum fecit a Nerone dirutus fuit; quem Sixtus.iiii.Ponti.maxi.in vſum populi Ro.& curialium ſumptuoſo opere tyburtinis lapidibus refecit:longitudo cuius ped.ccxv. & pons Sixti dicitur:antea vero a curialibus pons ruptus appellatus eſt.

Sextus pons triumphalis dicebatur apud eccleſiam & Hoſpitale ſancti Spiritus in Saxia/vt adhuc veſtigia ipſius antiquitatis apparent/qui & Vaticanus antea dictus fuit:quem quidem tua beatitudo vult reſtituere:& iam a populo Ro.pons iulii vocatur.

Septimus pons Vrbis Aelius ſeu Hadrianus vocabatur ab ipſo Aelio Hadriano imp.conſtructo apud molem ipſius.noſtro tempore pons ſancti Angeli nominatur:ſubter quos pontes prædictos regalis Tyber rapido curſu illabitur:iuxta ripā cuius lapis marmoreus nuper effoſſus eſt cum his literis ſculptis.

EX Auctoritate imp.Cæſa.Veſpaſiani aug.p.M. Trib.pot.iiii. imp.x.pp.Cos.iiii.V.Ceſor. Caius calpetan⁹.Ranti⁹ Quirinalis Valerius ceſtus curator riparum & aluei tyberis terminauit.R. R.Prox.

Erat & pons in campo Martio apud montem citatorium de quo Suetonius mentionem facit:vbi de cōciliis coniuratorum in Cæſarem diſſerebat:primum cunctati vtrum ne in campo Martio p̱ comitia tribus ad ſuffragia vocantem partibus diuiſis e pōte deiicerent:atq; exceptum trucidarent:an in ſacra via/ vel in aditum theatri adorirentur.

Erat p̄terea pōs marmoreus in foro Ro.a palatio ad capitoliū vſq;:nil tota vrbe p̄clari⁹ fuit ponte p̄dicto:quē.C.callicula fecit & capitoliū cōiūxit/quē q̄dē.lxxx.ingētes collūnæ marmoreæ celatæ ſubſtētabāt:at ex eo nūc ſex tm̄ colūnæ:tris.n.ad radices palatini mōtis aliæ tres ad capitolii viſunt/nō lōge a quib⁹ hoc anno multa marmora effoſſa fuere cum ingēti baſe marmorea/in q̄ erat hæc inſcriptio forma circulari cum literis inciſa;videlicet.

VICENNALIA IMPERATORVM.

Ab alia vero parte viſebantur ſacerdotes ſculpti Thaurum ſacrificantes.

Extra vrbem eſt pons Moluius ſiue Miluius via Flaminia.ii. mil. ab vrbe ab Aemilio ſcauro conſtructus vbi Maxentius tyrannus a Cōſtātino ſuperatus eſt ſupra Anienem ſunt quatuor pōtes primus ſalarius: ſecūdus Numētanus: tertius Memmeus: quartus Lucanus.

Pons ſalarius extra portam ſalariam in quo ſunt infraſcripta carmina inciſa.

Quam bene curuati directa eſt ſemina pontis
Atq; interruptum continuatur iter.
Miramur rapidas ſubiecti gurgitis vndas
Et lubet iratæ cernere mrmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia noſtra Quirites
Et Marſin reſonans plauſus vbiq; canat.
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Sunt & aliæ literæ vt dicam in opuſculo epyth.

Pons Numentanus quo itur Numētum apud eccleſiam ſancte Agnetis extra vrbem: quem Narſes eunuchus (vt apparet in marmore) conſtruxit.

Pons Mammeus a matre Alexandri imp. inſtauratus: quem Anto. pius fecerat extra portā Tyburtinā corrupte dicitur pōte mā molo. pons vero Lucanus eſt inter Vrbem & Tyburtinam ciuitatem in quo ſunt literæ infraſcriptæ inciſæ.

Ti. Plantio. M. Fani Siluano Aeliano pontifi. Sodali Aug. iii. Vir. A. A. A. F. F. Q. Ti. cæſaris legat. V. in Germania Pr. Vrb. legat. & comiti. Claudii Cæſaris ī Britania cōſuli. Pr. Cos. Aſiæ legat. præt. Moeſiæ in qua plura quā centū mil. trans danubiorū ad præſtāda tributa cū coniugibus ac liberis & princip. aut regibus ſuis trās duxit. motum orietem Sarmatar. cōpreſſit quis parte magna exercitus ad expeditionem in Armeniā miſiſſet ignotus ante aut infenſos. p. r. Reges ſigna Romana adoraturos aut hoſtibus receptos remiſit ab aliqs corū obſides accepit per quem pacē puinciæ & cōfirmauit & ptulit Scytarū q̄q; regem Achero menſi / q̄ eſt vltra Boruſtenen obſidione ſubmota prim⁹ ex ea puincia magno tritici modo annona. P. R. adleuiauit hūc legatū in Striniam pfert Vrbis remiſſum. Senatus in pfectura triūphali

buſ ornamentis honorauit authore imp. Cæſare Aug. Veſpaſia-no verbis exornatione eius. Q. I. S. S. moeſiæ ita præfuit vt non debuerit in me differri honor triumphalium eius ornamentorum niſi quod latior ei contigit mora titulus præfecto vrbis imp. Cæſar Aug. Veſpaſianus iterꝝ Cos. fecit. Erāt & alii pontes vt pons Meruli Via portuenſi apud dirutam eccleſiam ſancti Petri a Deo dato primo. pp. fundatam: apud quem ſunt literæ inciſæ.

DD. M. M. ANT. ANTII LVPI. PR. vt dicam in epyth. opuſculo. nūc vulgo dicitur elponte delarcha.

De montibus & collibus Vrbis.

MOntes in vrbe ſeptem numerantur principales teſte Vergilio qui ſcrbit.

Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma.
Septemqꝫ vno ſibi muro circundedit arces.

Nomina quorum ſunt hæc. s.

Capitolinus Palatinus Auentinus Celius Exquilinus Viminalis & Quirinalis.

Fabius enim pictor e Fabiorum nobili familia dicit. Facies tunc agri huius inſtar arcus erat: cuius corda eſſet alueus Tyberis: cornua ad ſolis quidem ortum rupes auentina & ad occaſum capitolina/ media Palatina. Eadem Palatina rupes Tyberim a fronte proſpicit: a ſiniſtris celio/ a dextris exquilino iungitur. Auentinus autem a fronte Tyberim & Capenam tenet: ad dextram Celiolo ac Viminali heret. Capitolium ante ſe Tyberim & portam carmentalem cernit hæret illi Quirinalis. Has rupes antiqui ſeptem colles & ſeptem montes appellauerunt. Area huius arcus eſt quicquid campi iacet inter Auentinum & Capitolium & a Palatio ad Tyberim. Idem Fabius dicit nomina collium veteris Romæ hæc ſunt. Capitolium Quirinalis Exquilinus palatinus Celſus Celiolus Rumurius qui & Auentinus.

Mons Palatinus eſt vbi palatium maius: in quo Roma Itali filia condidit Valentiam oppidum. Poſtea vero Euander ex arcadia veniens habitauit cum ſuis Herculemqꝫ in hoſpitio ibidem recepit/ in quo loco Aeneas teſte Cephalo Gergitio/ primum ædificare cœpit: cui Rap. Vol. conſentit: in quo poſtea Romulus Romam oppidulum/ teſte Fabio pictore regiam Metrapolim vertit inqꝫ Palatino colle fundauit: & in eo monte fuit ſedes po. Ro. Palatium a Palatinis ex agro reatino ibidem cōſidentibus; vel a Pallatia vxore Latini regis vel a Palantheo archadiæ

oppido ſeu a balatu ouium dicitur.
Mons Capitolinus qui & Tarpeius nominatur a Tarpeia virgi-ne. Capitolinus vero a capite hominis inuēto. hunc montem Sa-turnium antea vocarunt a Saturno qui ibidem habitauit. Fab. pic. ait. Prima igitur origo Romæ fuit collis capitolinus ātea ſa-turnius dictus. Is eſt vbi nūc ſancta Maria ara cœli & arx capito lii. Diuiditur enim in duos colles: teſte Gellio & Pompo. Læt. in capitolium. s. & arcem.
Mons Auentinus qui & Rumurius: in quo habitauit Athlas Italus: teſte Fabio: ad radices cuius iuxta Tyberim ope atq; conſilio Iani capenam oppidulum condidit & regionem eius permiſſu Italiam dixit: in monte erat ſilua laurea Ioui ſacra & fons fauni. Atrium libertatis & ſpelūca chaci & alia multa ædifi-cia. Auentinus dicitur ab aduētu hominum/ſeu ab Auētino rege albanorum ibidem ſepulto ſeu ab auibus auctore Meuio/vel a vehendo: q cum mons a cæteris partibus vrbis paludibus eſſet excluſus vehebātur ad illum homines quem Romulus: teſte Fa-bio neminem paſſus eſt habitare. Nam fratri Remo illum ſa-crum eſſe voluit vſq; ad Hylernam Tyberinam de quo Oui-dius in faſtis.

Adiacet antiquus Tyberino lacus Hylernæ
Pontifices illuc nunc quoq; ſacra ferunt.

De quo loco Beroſus & Io. ann. clare dixerūt. Mons predictus Auentinus eſt vbi eccleſia. s. Sabinæ. Fabius dicit tres colles pri mum coluere ante Romulum medium quidem Roma filia Itali: extremos vero Saturnus & Italus. Atrium libertatis. Atrium proprie ab atriatribus tuſcis: teſte Var. appellatum genus eſt ædificii ante ædem continens mediam aream vt inquit Feſtus pom. Victruuius vero ſcribit lib. vi. Atria lanuis eſſe proxima. Liuius ſcribit atrium libertatis Romæ fuerat vetuſtiſſimum & ob ſides tarentinos in dicto atrio cuſtoditos fuiſſe ſcribit præterea refectum fuiſſe ampliatumq; ab Heliopeto. & Cor. cethego cen-ſoribus. Suetonius vero ab aſinio pollione atrium libertatis refe-ctum fuiſſe ſcribit. Nonnulli volūt porticum veſte fuiſſe vbi nūc tres columnæ quas dixi e ponte palatino eſſe & aliæ tres capito-lii aliud atrium a Tito & Domitiano inſtauratum in quo ſunt nonnulla ſigna literaꝵ videlicet. RESTITVER.
Mons Celius a Celio Vibienno tuſco duce nobili qui cum ſuis in auxilium Romuli venit cōtra Latinoꝵ regem Acronem; & in-

cipit a Baſilica Lateranen.& terminum ponit vbi nunc eſt eccle ſia ſancti Gregorii & includit eccleſias Mariæ in Dominice & Stephani rotundi & Ioannis & Pauli ac Petri & Marcellini in radicibus eius & alias nonnullas eccleſias. Et ibi prope eſt quatriuium. s.inter Cælium ipſum & Exquilias / in quo monte erāt ædificia ſumptuoſa vt dicetur infra: veſtigia quoq; adhuc multis in locis viſuntur in vinea domini Achillis de Ciampolis de caſtro plæbis in qua ſæpe fui cum.d. Iuliano Maraſca & Bartho lomeo Cyniſco.

Mons exquilinus eſt oīum altiſſimus ī quo loco nūc eſt eccleſia ſanctæ Mariæ maioris: ꝓpe quā erat Baſilica Sicinini Romani. Marcus Varro dicit. Exquiliæ duo mōtes habiti quod pars Ceſpius mōs ſuo antiquo noīe etiam nūc in ſacris appellatur: eſt & mons oppius. Exquiliæ: teſte Pōponio Læto incipiūt ab eccleſia ſancti Petri a vinculis & ꝓtendūtur vſq; ad ſancte Crucis: inde ad Thermas dioclitianas: illinc circum eūdo includit eccleſiam ſancti Andreæ & Antonii atq; Praxedis & alias nonnullas: ab eſcubādo dicitur / quod ibi eſcultæ a Rege Tull.eſſent: vel quod ante vrbem conditam / vt nōnullis placet / Collis ille aucupibus erat in vſum: vt ſparſis. Quiſquiliis aues illuderētur.

Mons Quirinalis eſt: in quo ſunt equi marmorei a Fidia & Praxitele ſculpti: pars cuius infima ſolo adequata / vt columna Traiani in foro ſuo poſita melius circumſpici poſſet: qui prius mons Egonus appellatus eſt / in quo loco & monte eſt eccleſia ſancte Agathæ in Subura vbi & decem tabernæ fuerūt: vt in tiburtinis lapicidibus nouiter effoſſis apparet: qui mōs teſte Dionifio lib.ii. hæret Capitolino: dictus a Iunonis ſabinæ tēplo / quam illi haſtatam ſiue curim.i. quirim vocant. Eundo vero a ſiniſtris eſt vallis incluſa parietibus vbi fiebāt Floralia: & mons a dextris habet domum cardinalis Neapolitani in parte Quirinalis mōtis: qui vocatur mōs Claterae & Apollinis. Mōs vero a dextris vocatur Capitolium vetus vbi fuit templum Iouis antiqui.

Mons Viminalis a vinibus dictus tendit ad Termas vſq; Dioclitianas. Marcus enim Varro colles Exquiliarum non montes appellat in hæc verba. Tertiæ regionis colles quinq; a deorum phanis appellati ſunt / equis nobiles duo colles Viminalis ab Ioue viminco: cuius areæ ibi ſunt. & Quirinalis a phano Quirini vel ab ipſis Quiritibus: qui cum Tacio curibus venerunt Romam / & ibi caſtra poſuerunt. in quo monte eſt eccleſia

ſancti Laurentii Panis & Perne/vt dicitur/Qui colles Quirina lis & Viminalis coniunguntur prope portam viminalem: quæ p xima eſt portæ Collinæ: tamen de viminali ſunt nonnulli qui ali-ter ſentiunt.

Eſt & mõs notiſſimus inter eccleſiam ſancti Saluatoris de Lauro & eccleſia pacis/qui vocatur Iordanus mons/in quo ædes Vrſi norum ſitæ viſuntur.

Eſt & mons Ianiculus ſiue aureus intrans Tyberim: in quo Ian⁹ habitauit: vbi nunc eſt Eccleſia ſancti Petri in monte Aureo/ qui in ethruria non in Roma Plini⁹ tertio lib. Saturna. vbi nunc Ro-ma. Antipolis vero. vbi ianiculum in parte Romæ.

Collis Vatican⁹ vbi eccleſia ſancti Petri apoſtoli & palatiũ pont. de quo Feſtus Pompeius Vaticanus collis appellat⁹ eſt: eo quod potitus ſit populus ro. vatum reſponſo pulſis æthruſcis. Aul⁹ ve ro gellius lib. xv. ſcribit. Et agrum Vaticanũ: & eodem agri do-minus præſidem appellatum acceperamus a Vaticiniis: quæ vi at ꝙ inſtinctu eius dei in eo agro fieri ſoliti eſſent. Sed præter hanc cauſam. M. Varro in lib. diuinarum: aliam eſſe tradit iſti⁹ nominis rationem. Nã ſicut Arius inquit appellatus/araꝙ ei ſtatuta eſt q̃ eſt infima noua via/quod eo in loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus penes quem eſſent vocis humanæ ini tia: quoniam pueri ſimul atꝙ parti ſunt: eam primam vocem edũt quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. iccirco vagire dicitur ex pri-mi mente verbo ſonum vocis recentis/in quo colle erat Templũ Apollinis & locus clauſus in quo equos regebat crudelis Nero.

Collis hortulorum/eſt qui ſurgit a dextris apud eccleſiam ſanctæ Mariæ de populo in quo Neronis oſſa ſepulta fuere: ex quo col-le teſte Pomponio candidati deſcendebant albis veſtibus magi-ſtratum petituri: qui nunc mons ſiue collis pincius appellatur.

Mons citatorium eſt in campo martio non longe a columna Au-relii Ant. pii qui corrupte hodie mons Accorium dicitur loc⁹ erat comitiorũ. i. Romanorum/qui poſtq̃ citati ſuffragia intra ſepta cõ tulerant/ ne laturus ſe denuo immiſceret: ab aliis ſeparabãtur: vul go dicunt eum tumulum factum eſſe ex regeſtione fundamento-rum colũnæ antoninæ.

Mõs Teſtati⁹ inter auentinũ & Tyberim atꝙ portueſem portã in tramœnia ſurgit in quo loco erãt collegia figulorum a Numma rege ro. inſtituta: auctus fuit in purgatione fluminis: in quo no-ſtra ætate adhuc ſicut in campo Martio fiunt ludi taurini tempo-

re bacchanaliorum. Petrus enim Marſus oſtendit Mihi nonnulla ſuper Feſtum Pompeium/ qui ſcribit Tarentum locus in campo Martio dictus: qua eo loco Ara ditis patris in terra occultaretur. Thauri appellantur ludi in honorem deorum inferorum 'facti inſtituti autem videntur hac de cauſa regnante Tarquinio Superbo/cũ magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas: quæ fuerat facta ex carne diu vendita populo thaurorum/ob hoc diis inferis inſtituti & thauri vocati ſunt. Aliæ figulinæ erant extra portam Viminalem a dextris vbi ſurgit adhuc collis ei⁹ materici.

Sũt & alii mõtes ſeu colles' mĩores vt ẽ mõs Cælicul⁹ſiue cæliol⁹ apud Cæliũ mõtẽ/quem Tullius rex addidit Vrbi cum monte Exquilino & viminali. Extra vrbem prope portam collinam erat locus ſubrerraneus in tumulo :vbi veſtales virgines ſtupro ſiue inceſtu depræhenſæ viuæ fodiebantur cum pane /.& aqua. Plura de his Plutarchus in vita Camilli.

Mons ſacer vltra anienem extra portam collinã/quo plebs a nobilitate ſecedens diu habitauit.

## De aquæ ductibus.

IVlius Frontinus aquas Vrbis tantummodo ſuo Tempore nouem fuiſſe ſcribit. Sextus vero ruffus/qui Frõtino poſterior Dioclitiani temporibus vrbem Romam deſcripſit/aquas ad decem & nouem fuiſſe.s. Aureliã/ Appiam/Aniam/Atthicam Auguſtam/ſiue alſietinam/ Algentianam/Antonianam/ Alexandrinam/ Claudiam/ Ceruleam/ cuminam ſeu ciminiam/Damnatam/Iuliam/martiam/Sabatinam/ Seuerianam/traianam/tepulam/& Virgineam ſeu Herculeam: e q̃bus nunc vna ſolummodo vrbem influit ſcilicet Virginea in campo martio: vbi lapis marmoreus cum his literis appoſitus eſt.

TYBERIVS CLADIVS DRVSI EILIVS Cæſar Aug. Ductus aquæ virginis deſtinatos per Cæſarem fundamentis nouos refecit ac reſtituit. Quãuis nõnulli. M. Agrippæ laudẽ attribuãt: Philip. Be. ait. M. Agrippa in ædilitate ſua Romã duxit aquã virgineã. p̃terea fontes fecit centũ q̃nq;. Caſtella. cxxx. cõplura etiã cultu magnifica ac operibus & gratuita tribuit balnea centum ſexaginta. Plinius lib. xxxvi. Aqua Virginea a Virgine quadam dicta: quod cum quærerent aquam milites ro. Virgo venas aquarũ monſtrauit/ quam prædictus Agrippa obduxit ab octauo lapide diuerticulo duo mil. paſſuum prænestina via iuxta Herculaneum

riuum/quem refugiens Virginis nomē obtinuit. M. Agrippa teſte Plinio in edilitate ſua adiecta Virginea aqua cæteriſqꝫ corriuatis/atqꝫ emendatis lacus ſeptingentos fecit. Forma ipſi⁹ aquæ ductus adhuc apparet in vrbe: in quo loco non longe ab eccleſia s. Silueſtri in campo Mar. ſuper veterum arcum in tyburtino lapide infraſcriptæ literæ viſuntur.

TITVS CLADIVS Druſi Cæſar Anguſtus germanicus Pontifex maximus. Trib. potes. V. imp. xi. PP. Cos. Deſig. iiii. arcus ductus aquæ Virginis diſturbutos per. C. Cæſarem a fundamentis nouos fecit ac reſtituit. Nonnulli volunt ſeptē aquæ ductus principales in Vrbe fuiſſe: primus omnium fuit in quo erat clariſſima aquarum omnium toto orbe frigoris ſalubritatiſqꝫ palma præconio vrbis martia inter reliqua deum munera Vrbi tributa: antiqtus. n. Aufeia vocabatur: oritur vero piconia in vltimis montib⁹ pelignorum tranſiit marſos fucinum lacum Romam vſqꝫ perueniens: mox ſpecu demerſa in tyburtina ſe aperit nouem millibus paſſuum fornicibus inſtructis per inductum primus in vrbem dictam aquam inducere voluit. Ancus martius rex in capitolium.

Poſtea. Q. martius in pretura: rurſuſqꝫ reſtituit. M. Agrippa concipitur Via Valeria mil. xxx. prope ſub/lacum quam ait ſuo tempore Frontinus in auentinūm a Traiano perductam traianam fuiſſe dictam vt apparet in Lapide marmoreo fracto ac nuper effoſſo Aqua martia concipitur a milliario. xxxvii. vt apparet in literis ſuper portam tyburtinam.

IMP. CAESAR. DIVI IVLI. F. Auguſtus pōtifex max. Cos xii. Tribunic. poteſt. xix. Imp. xiiii. riuos aquarum refecit.

IMP. CAESAR. Aurelius Ant. pius Felix Augu. Parthic. Max. Brit. max. Pontifex maximus Aquam Martiam variis vſibus impeditam purgato fonte excifis & perforatis mōtibus reſtituta forma adquiſito etiam fonte nouo Ant. pii Aug. in ſacram Vrbem ſuam perducendam curauit.

IMP. T. Cæſar Diui. F. Veſpaſian⁹ aug. pō. max. Tribunitiæ pot. ix. imp. xv. Cens. Cons. vii. Deſig. ii. Riuum aquæ martiæ vetuſtate dilapſum refecit: & aquam quæ in vſu eſſe deſierat reduxit.

Aqua Tepula erat/quam ex agro lucullano Seruilius Cæpio & P. Caſſius longinus Cenſor in capitolium perducendam curauerunt.

Iuliam aquam. M. Agrippa ab inuentore vocatam introduxit ex tepula via ſubterranea ſupra terram vero fictili ſtructione opere

arcuato.

Claudia vero/ quam Caius princeps introduxit ex fontibus cur⸗tio & ceruleo mil.xlvi.via Sublacenſi Claudius abſoluit opere ar cuato. Titus deinde reſtituit: vt cubitales litere ſuper nouiam por tam demonſtrat.ſ. TI. CLAVDIVS Druſi. F. Cæſar auguſtus Germanicus Pontifex max. Tribunitia poteſtate. xii.cos. V. imp. xxvii. pater patriæ aquas claudiam ex fontibus qui vocabantur ceruleus & Curtius a militario.xxxvi. Item Anienem nouam a mi liario. lxii. ſua impenſa in vrbem perducendas curauit.

IMP. CAES. Veſpaſianus. Aug. ponit. max. Trib. pot. imper. vi. Cos. iii. Deſig. iiii. P. P. aquas curtiam & ceruleã perductas a Di⸗uo claudio & poſtea intermiſſas dilapſaſq; per annos nouem ſua impenſa vrbi reſtituit. Sunt ibi præterea & aliæ literæ minores.s. IMP. Cæs. Diui. F. Veſpaſianus Auguſtus Ponti. Maxim⁹ Tri⸗bunic. pot. imp. xvii. pater patriæ cenſor cos. viii. aquas claudiam & anienem perductas a Diuo claudio/ & poſtea a Diuo Veſpaſia no patre ſuo vrbi reſtitutas cum capite aquarum a ſolo vetuſta⸗te dilapſæ: eſſent noua forma reducendas ſua impenſa curauit.

Anienem veterem. M. curtius cenſor cum. L. Papinio annis. xl. poſt appiam perducendam de manubiis e pyrro captis cura⸗uit. concipitur ſupra tybur. xx. mil. extra portam Romanam.

Anienem vero nouam opere ſumptuoſo & ſtrictura mirabili Iulius Frontinus a Diuo Nerua curator aquarum factus reſti⸗tuit/ ac in Vrbem perduxit.

Aqua appia poſt initium Sannitici belli inducta ab Appio clau⸗dio cenſore: concipitur enim in agro lucullano/ qui nunc Tuſcu lanus putatur via præneſtina.

Aqua alſietina quæ & auguſta dicebatur ſeruiebat regioni trans tyberinæ cum ſabatina/ quarum vna alſietina.s. Via claudia mil. xiiii. e lacu alſietino concepta ob frigiditatem minus ſalubris ab Auguſto fuit introducta: altera vero Sabatina eſt a ſabatiis poſt frontinum memorata: harum quoq; viſuntur veſtigia aque duct⁹ extra portam aureliam / quam ſabbatinam exiſtimo: alterius vero apud triumphalem pontem.

Nonnulli addũt beatiſſime pater: Septimianam/ vt aquarum nu⸗merus vrbis ſit. xx. Quæ quidem aquæ/ vel a conditoribus/ vt tra iana: vel a locis vnde ducuntur/ vt cerulea nomen aſſumpſere: de prædictis aquis a iulio Frontino/ qui aquarum curæ delegat⁹ fuit/ perpulchre ſcriptum eſt. ait enim hii ſunt arcus altiſſimi ſub⸗

leuati in quibuſdam locis ped.centum nouem tot aquarum tam multis neceſſariis molibus / & quæ ſequuntur. Plinius vero dicit. Vicit antecedentes aquarum ductus : nouiſſimum impendium operis inchoati a. C. Cæſare / peracti a Claudio : quippe lapideam excelſitatem omnes vrbes & montes equantem : vt lauachra impleret curtios atq; ceruleos fontes adductos : erogata in id opus talentum quingēta ſexaginta milia. Is eſt nunc aquæ ductus/ quem a porta Neuia ad lateranenſem baſilicam:& inde per cælii montis dorſum ad auentinum montem perductum fuiſſe a Caſſiodoro monſtratur : In domo Ioannis ciampolini non longe a campo florido legi infraſcriptas literas in lapide marmoreo multis in locis fracto qui lapis repertus fuit apud eccleſiam ſanctæ Crucis.

IMP.CAES.Diui.M.Antonini & Traiani.M.Sar.M.Filius diui commodo. F.Diui Ner. Diui Antonini pii nep. Diui Hadriani pronet. Diui Traiani parthic. abnep.Diui Neruæ abnepos. Septimius ſeuerus pius pertinax Aug.arab.adiabenic. Parthic. arabic.pont.maxi.Trib.pot.viii. Imp.xi. Cos.ii.P.P. Procos. Et Imp.Cæs.L.ſeptimii ſeuerini pii pertinacis Aug.arab. adiabenic. Parthic.maxi.filius diui Antonii pii pronep.Diui Hadriani pronet.Diui Traiani parthic. & diui Neruæ abnep. M. Aurelius Antonius pius felix Aug.trib.Pot.iiii.Procos.P.P. arcus cælemontanos ob nimiam vetuſtatem collapſos a ſolo ſua pecunia reſtituerunt. Non longe a Lateranenſi Baſilica in Cælio mōte eſt lapis marmoreus in aquæ ductibus cum his literis ſculptis/q̄uis nōnulli ſcalptis dicant.

IMP. Cæs. D.M. Antonini Pii Germ. Sarm.F.Diui cōmodi Frater Diui Ant.Pii.nep.Diui Hadriani pronep.Diui Traiani parthici Abnep. Diui Neruæ abnepos : & quæ ſequuntur : vt apertius dicam in opuſculo de veteribus epitha.Ro.quod quidem Reueren.Syxto nepoti ſanctitatis tuæ viceeancellario &.S. R.E.Car.tit.ſancti Pet.ad vinc.dedicaui.

In arcu Tyburtino coniuncto prædicto aquæ ductui inter eccleſiam ſanctæ Mariæ in dominicæ & Ioan.& Pauli ſunt infraſcriptæ literæ inciſæ vetuſtate conſumpte.

P.CORNELIVS. P.T. DOLAbella COS. C.IVNIVS. C.F. Silanus Flamen. Martial.

EX.S.C.

Faciundum curauerunt idemq; probauerunt.

## De Thermis.

THermas in Vrbe duodecim fuiſſe legimus principa-
les videlicet.
Antonianas/ Agrippinas/ Alexādrinas/ Aurelianas/
Conſtantianas/ Dioclitianas/ Domitianas/ Gordia-
nas/ Neronianas/ Nouatianas/ Seuerianas/ & Traia
nas: Erant & Tytianæ Thermæ/ & Decianæ/ Commodianæ/ &
Syrtacæ: Philippi. Aug. & Olympiades.
Thermæ erant loca ampliſſima & ſumptuoſa: quæ aut calenti-
bus aquis aut ipſo ſine aquis fornice igne calefacto lauandi/ ſu-
dandiq́ꝫ vſibus deputata ſunt. Erant præterea in Thermis laua-
chra in modum prouinciarum extructa ad lauandiq́ꝫ vſum bal-
nea: & ne dum plano in ſolo vnicuiq́ꝫ expoſita: ſed etiam pēſilia.
Erant deniq́ꝫ in Thermis ipſis Areæ ampliſſimæ. porticibus cir-
cundatæ ſumptuoſiſſimis camerataq́ꝫ ſuperbiſſimis fornicibus
ædificia in circuitu habentes: in quibus columnarum diuerſi co
loris marmorearum ordines immenſarum fuiſſe hinc conſtat: vt
in ipſis ruinis adhuc apparet cū parietibus diuerſorum lapidum
incruſtatis. Erant & natatoria & nemora/ & loca pauimētata va
riis adornata picturis. Erant & alia multa populi ludis/ atq́ꝫ deli-
tiis expoſita.
Thermæ ALEXANDRINAE ab Alexandro Seuero princi-
pe ædificatæ fuere/ veſtigia quarum apud eccleſiam ſancti Eu-
ſtachii viſuntur.
Thermæ AGRIPPINAE a. M. agrippa factæ non longe a
Pantheo & templo Mariæ ſuper Mineruam vt ipſarum veſtigia
demonſtrant in loco/ qui vulgo Ciambella dicitur.
Thermæ ANTONIANAE: quas Baſſianus Antoninus Cara
calla inchoauit & Alexander perfecit: adhuc viſuntur ſemidi-
rutæ apud eccleſiam ſancti Syxti quarum cellam ſolearem archi-
tecti negāt poſſe vlla imitatiōe q̄ facta eſt fieri. nā rex ære vel cu-
pro (vt ait Spartianus) cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur: qui-
bus cameratio tota cōcredita eſt: & tantum eſt ſpatii vt id ipſum
fieri negant potuiſſe docti mechanis: vt adhuc viſuntur ingētes
ruinæ cum altis parietibus ac ſemiſepultis colūnis.
Thermæ AVRELIANAE: quas hyemmales fecit Valerius
aurelianus imperator trans tyberim vt adhuc in nonnullis locis
apparent veſtigia.
Thermæ CONSTANTIANAE: apud eq̄s tyriadis adhuc vi-

ſuntur ſemidirutæ in colle ipſo quirinali:& ibidem infracto lapi-
de marmoreo/Petronium/qui penna vrbis præfectum illas re-
paraſſe legitur.
Thermæ DIOCLITIANAE: nõ longe ab eccleſia ſancte Su-
ſannæ adhuc extant/ quas Conſtantius & Seuerus dedicauerũt.
atq; ſtatuis ſuis conditorũq; appoſitis ornarũt:vt in lapide mar-
moreo ibidem effoſſo literæ oſtendunt.s.
M. AVRELIVS Val. Maximiano inuicto Aug. pont. Max.
Imp.viii.Cos.iii.P.P.P.
In alio marmore trãſlato ad plateam vulgo Cammillianam di-
ctam ſunt inciſæ infraſcriptæ literæ.
THERMAS DIOCLITIANAS : a veteribus princib. in-
ſtitutas omn.
In alio vero marmore inter eccleſias ſanctoꝝ Andree & Antonii
poſito apud gradus Tiburtinos viſuntur infraſcriptæ literæ in-
ciſæ in nonnullis locis fractæ.
SENIORES AVGG.
D.D.N.N.Conſtantius.
M.Aurelius & Maximianus.
Thermas Feli.
Maximianus Aug.
Præſentia maie.
Fieri iuſſit & Di.
Domini Conſecra.
Pro tãti opis. Põponius vero Lætus lib.ii.ſcribit Thermæ eius
noĩe Romæ ſunt cõſecratæ &;Maximiani Herculii Carthagini.
Thermæ noĩs Dioclitiani ĩchoatæ fuerũt a veterib⁹ prĩcipibus:
& cõſecratæ ab nouis Auguſtis Conſtãtio/& Maximiano. Dio-
clitianus igitur inchoatũ opus abſoluerat oĩ cultu perfectũ. Se-
cuti prĩcipes poſuere ibi ſtatuas & ſenioꝝ & nouoꝝ imperatoꝝ
quoꝝ capita ĩtegra & fragmẽta reliqua corpoꝝ erui ex ſubterra-
nea teſtudine:velut ibi poſt ruinas Thermaꝝ cõſeruata vidim⁹/
& partim in Capitoliũ delata:partim Florẽtiam miſſa Conſtãtius
& Maximianus ĩuicti Auguſti Seuer⁹ & Maximinus Cæſares
Thermas ornarũt:& Romanis ſuis dedicauerũt. Sit ve ĩ noĩbus
ambiguitas dixim⁹.Hæc didicim⁹ ex fractis marmorib⁹ ibi effoſ-
ſis:in qbus & tituli victoriaꝝ Maximiani Herculii ĩ hæc verba.
M.AVRELIVS VAL. Maximiano inuicto aug.Ponti.Max.
Sarmatic.Maxi.Gothic.Maxi.imp.viii.Cos.iii.P.P.Procõſul.

Nil mirandum eſt Beatiſſime pater de ipſis maximis/ac ſumptuoſis ædificiis Ro. Erāt enim dñi orbis terraꝝ:& in p̄dictis Thermis ædificādis Dioclitian⁹ ipe.& inimiciſſim⁹ fidei xp̄ianæ.cxl. Xp̄ianoꝝ millia/ad id opus plurib⁹ annis in modū ſeruitii addixit.

Thermæ DOMITIANAE: a Domitiano impatore cōſtructæ in cāpo martio non lōge ab eccleſia ſancti Silueſtri: veſtigia quarum adhuc apparēt diruta marmoribuſq; diſpoliata.

Thermæ GORDIANE fuerūt apud eccleſiam ſancti Euſebii apud domum Giordianoꝝ quam Iulius capitolinus dicit extaſſe via preneſtina ducētas columnas vno ſtilo habētem.

Thermæ NERONIANE erant in loco Thermarum alexādrinarum: quas Alexander impe. reſtituit & alexandrinas dixit: vel vt nōnulli volūt cum illis coniūctæ fuerūt: veſtigia ipſarum apparent apud domum Reue. Car. de medic. Floren.

Thermæ NOVATIANE fuere in loco vbi nunc eſt eccleſia ſanctæ Pudētianæ in vico patritio vt ruinæ adhuc indicāt.

Thermæ SEVERIANE a Seuero aphro imperatore ædificate fuerunt in regione trans Tyberina: teſte Helio ſpartiano columnæ pulcherrimæ/ quarum cum marmoribus ſunt in eccleſia ſancti Griſogoni & Ceciliæ.

Thermæ TYTIANE: a Tyto ædificatæ nō lōge ab eccleſia ſancti Martini in mōtibus/q̄ capaces hodie dicūtur ob aquaꝝ capacitatem vulgo ſette ſale/in q° loco inuēta fuere duo marmora ſculpta cum flāma in primo erāt literæ. IOVI. in.ii. vero IMP. Veſpaſianus Aug. per collegium Pontificum fecit. Poſt quas inter Aquilonem & Eurum erāt Thermæ Philippi aug. impatoris.

Thermæ DECIANE: Erāt in auētino quas ad honorem Decii imp. S.P.Q.R. ædificauit: apud q̄s erāt & thermæ Syrianæ/ſeu Varianæ. Rap. vol. ſcribit priuata Traiani. i. ædes cū Thermis in auētino teſte. P. Victore ea nūc apparēt/q̄ in Vinca noſtra cōprehendūtur. nā eo vſq; aqua. Item Traiana deducebatur vt ex marmoreis lr̄is reptis cōſpeximus. Notandū eſt: quod ruinæ/q̄s videmus apud Trophea. C. Marii a nōnullis thermæ Gallutū appellātur: tn̄ teſte Suetonio/fuit ibi inſignis illa baſilica/quam. G. Cæſar Caio/ & Lutio nepotibus extruxit/& vſq; in hodiernum diem Caii Lutii nomen retinet corruptæ vero Gallutii.

Erāt p̄terea ī vrbe Lauachra multa vt fuit agrippinæ lauachrū ab Hadriano impatore inſtaurato: veſtigia cui⁹ apud eccleſiā ſancti Laurētii panis pernæ viſunt̄ apud Thermas Olympiades ī aſce

ſu Viminalis non longe a templo ſancti Vitalis/ in quo loco fuerunt reperta] ſimulachra duo Bacchi marmorea cum fonte & fiſtulis plūbeis cū hac inſcriptione IN LAVACRO AGRIPPINAE Lauachrum commodi]imp. a Cleandro extructum fuit nomine ipſius Commodi. Spartianus namq; ait. Enim vero Piꝰ primus Marcus. ii. Verus. iii. Commodus. iiii. Quintus Caracalla. vi. Getha. vii. Diadumenꝰ. viii. Heliogabalus antonini fuere: nec inter antoninos referendi ſunt duo Cordiani: aut qui prænomen tantum antoninorum habuerunt.

Balnea & Baline vt in marmore antiquo vidi ſculptum. L. Pauli erant in colle Quirinali vulgo nūc dicitur corrupto nomine magna napoli non longe a turri militiæ. tamen Alexander imp. omnibus regionibus Vrbis addidit balnea: & hucuſq; alexandrina balnea dicūt balinæ in genere]fœm. ſunt pub. in genere autē neutro priuata balnea teſte Varrone/ quo oīa Phili. Bero cōfirmat.

Balinæ & balnea in vrbe fuerunt numero. dcccclvi.
Lacus ſiue putei pub. numero. ccclii.
Latrinæ vero pub. clii.

## De Naumachiis & Cloacis.

ERant ænim Naumachiæ ſtagna naualia in vrbe in quibus decertabatur nauibus. E quibus principales quinq; fuiſſe egimus.

Apud circum maximum erat Naumachia.

Apud arcum Domitiani erat Naumachia ipſius Domitiani vt adhuc veſtigia in cāpo martio nō longe ab auguſta adhuc apparēt.

Erat præterea Naumachia Neronis ad radices montis aurei/ ea parte qua itur ad Pertuſam portam in Vaticano.

Cloacæ ampliſſimæ a Tarquinio rege ro. factæ fuere in vrbe vt adhuc in velabro & iudeorum platea videre poſſumus ac etiā in vinea domini Bartholomei de doxiis apud colloſſeum.

Cloaca vero maxima eſt ꝓpe Ianum in velabro/ vt multi aſſerūt.

Erant & aliæ q̄multæ cloacæ per Vrbem adeo vt penſilis vrbs tota videretur. Liuius enim ait Tarquinius Foros in circo faciendos curauit/ & cloacam/ quæ maxima receptaculum omniū purgamentorum Vrbis ſub terram agendam quibus operibus: vix noua hæc magnificentia quicq̄ adequare potuit. Idem plinius lib. xxxvi. Præterea cloacam operum omnium dictu maxima ſuf

foſſis mōtibꝰ/atqꝫ vt paulo añ dixi vrbe penſili ſubtuſqꝫ nauigata. Id. M. Agrippa fecit in ædilitate poſt conſulatum corriuatis ſeptem amnibus curſu præcipiti torrentium modo rapere atqꝫ auferre omnia coactis. Strabo vero ait. cloacæ duro cameratæ lapide paruas carris ſtramentorum ſemitas reliquerunt. Tanta autem ꝑ aquæ ductus aquarum vbertas influit: vt per Vrbem/atqꝫ Cloacas amnes inundare videantur/ & vniuerſæ propemodum ædes ſubterraneos meatus: ſiphones ad fiſtulas vndoſas habeāt. Quorum accuratiſſimam diligētiam. M. Agrippa egit/qui vrbem pluribus aliis monumentis adornauit. Quæ cloacæ ad ripam vſqꝫ alueí fluminis deſcendebant vt adhuc in nonnullis locis apparet.

Erant præterea curatores pub. vt in lapide marmoreo apud pontem Aurelium litere indicant. s. IMP. Cæſaris diui Traiani Parthici. F. diui. Neruæ nepotis Traiani & Hadriani Aug. pont. maxi. Trib. pot. xxii. imp. ii. Cos. iii. Tyrr.

Ruſticus curator aluei & ryparum tyberis & cloacarum Vrb. R. R. reſtituit ſecundum præſidentem terminationem proximam. I. C. P. P. IVXS.

Non longe a quo loco eſt alia inſcriptio in marmore inuento in Vinea laurentii Palucelli. s.

EX Auctoritate imp. Cæſaris diui neruæ. F. Ner. Traiani Aug. Ger. Daci. Ponti. Max. trib. pot. vii. imp. iiii. Cos. V. P. P. T. Iuliꝰ Ferox curator aluei & riparum tyberis & cloacarum vrbis terminauit ripā. R. R. Prox. C. P. P. P. C. XV. a Fabio. A. F.

## De circis.

CIrci tres erāt ĩ Vrbe prĩcipales videlicet maximꝰ apud palatiū. Nerionanꝰ ĩ Vaticano. Flamminiꝰ ſiue appollinaris ĩ cāpo martio Circū maximū a Tarquinio poſtea vero a Cæſare dictatore extructū fuiſſe legimꝰ: lōgitudie ſtadioꝝ triū latitudie vero viꝰ: ĩ quo loco erāt plurimæ colūnæ cū aureis epiſtillis/apud quē erat metodiū/& tēplū Flauiæ gētis & Naumachia/cuiꝰ poſtea lapide maximus circꝰ deuſtis vtrinqꝫ lateribus extructus eſt: in quo loco fiebant ludi circēſes. Diuꝰ Claudiꝰ fecit carceres marmoreos & methas deaurauit/ vnde eq̄ diſcedebant/reuertebanturqꝫ. Maximus circus dicitur quia maximo deorum Vertumno Iano ſacratꝰ teſte Annio Viterb. in elegiæ Vertunianæ commentariis. Non longe a quo erat Argiletꝰ

ab argo Euandri hoſpite dictus. Fabius pictor ait ſuperior Argiletus dicitur in principio Vici truci ſub celiolo inter circum maximum & Auentinum letum ſimul argi & ſepulchrum eſt. Imus vero Argiletus eſt vbi Ianus quadrifrons/ qui & Vertunmus in fine Vici thuſci ad radices Capitolii in Fo. boario vbi ſaturniæ veſtigia Circus Nero. ĩ Vatica. erat/ in quo ipſe Nero nonnunq̃ circenſes ludos fieri inſtituit: ac perſepe illic aurigabat equoſq; regebat. Circus Flamminius vbi nunc eſt eccleſia ſancti Angeli in piſcina/ & totum illud ſpatium vſq; ad plateam iudeorum. Circus Flamminius dicebatur veſtigia cuius Aedificii apum domum dominici de Matheis diruta viſuntur: vt placet Pomponio Læto. Tamen nonnulli dicunt illud fuiſſe theatrum Balbi a Cl. Cæſare dedicatum & in campo Martio circum Flamminiũ fuiſſe in loco vbi nunc Agonis platea dicitur: & hoc propter viam Flamminiam appollinarem poſtea dictum/ vt eius veſtigia demõſtrãt/ in quo circo ludi celebrantur Appollinares. Pandulthus lateranenſis Hoſtiarius eccleſiæ ſcribit Adrianum pontificem primũ eo ædificaſſe eccleſiam ſancti Apollinaris in loco vbi prius in circo Flamminco Appollinis ædes fuit. Eo in circo erãt carceres bigarum & quadrigarũ & loca diuiſa patribus equiritibuſq; vrbis: vt ſpectacula facerent. Circus enim dicitur a circuitu.

Agonium dies appellabatur / vt ait Sext. pomp. & Gelli⁹ quo rex hoſtiam immolabat: vnde agonia. i. ſacrificia/ quæ fiebant in mõte Quirinali/ eſt agonius ludus ſic dictus/ quia locus in quo ludi in initio facti fuere ſine angulo cuius feſta agonalia dicebantur.

## De Theatris & Amphiteatris.

POmpeius Magnus inter alia ornamenta fecit theatrũ ante curiam ſuam/ ꝙ quidem Nero imp. nobilib⁹ Germanis po. Romani magnitudinem oſtenſurus eo in Pompei Theatrum populo plenum introduxit/ poſtea vero vnius diei opera inaurauit / vt Tyriacen Armeniorum regẽ exciperet. De quo Leo Bapt. Flor. dignum opus & Pompeio & victric. ro. in quo erãt orcheſta & ſubgeſtum Scena hyſtrionũ & Hypoſceniũ columnis marmoreis & ſtatuis exornatũ: de quo Aulus gellius in nono mentionem facit. Quum Pompeius inqt. AEdẽ victoriæ dedicatur⁹ foret cuius gradus vice Theatri eſſent nomenq; eius & honores inſcriberet.

Veſtigia prædicti Theatri ex tabulo ædium Car. in campo Flor. adhuc viſuntur. Nam tempore Blondi litere in marmore fracto re-

pertæ fuere de Genio pompei & Theatro ibidem effoſſæ. Et quic quid a platea eidem campi & iudeorum ad Roſe monaſterium cō tinet ædificia Pompeii fuiſſe conſtat.

Theatrum Marcelli a Cæſare ceptū non longe erat ab eccleſia ſan cti Nicolai in carcere vt ipſa veſtigia diruta demonſtrant iuxta quod erat Sacrarium a Numma inſtitutum circa imum argiletū

Theatrum Balbi erat in regione. ix. quod quidem Cl. Cæſar dedi cauit: & appellatur Balbi a vicinitate Criptæ ipſius.

Caius Callicula imp. ædificauit amphiteatrum iuxta ſepta in cam po mart. variis ſtatuis & columnis exornatum. De Marci Scauri Theatro nil dicam: in ædilitate. n. ſua tria millia ſignorum aureo rum in ſcena tantum fuere temporario Theatro e marmore. s. & vitro & auratis tabulis confecto: in quo erant. ccclx. colūnæ mar moreæ teſte Plinio lib. xxxvi. in quo ſcribit de duobus theatris ampliſſimis. C. curionis. cuius gen⁹ luxuriæ nec antea nec poſtea viſum eſt.

Amphiteatrum Tauri Statilii erat apud eccleſiam. s. crucis variis exornatum marmoribus vt veſtigia ipſius ibidē diruta cernuntur.

Amphiteatrū Titi & Veſpaſiani notiſſimum in media Vrbe miro lapide tyburtino extructū a Domitiano perfectum cum incruſta tione intrinſecus & extrinſecus cū ſignis/& in ſingulis ſuperiori bus arcubus erāt ſtatuæ marmoreæ. ibi fiebāt ludi. Sub tāto ædifi cio ſunt cloacæ/teſte Pōpo. adeo vt pars ædificii ſubſtineatur a cloacis: nr̄o tp̄e Colloſſeū vocaẗ/a Neronis colloſſo/ q̄ ſtabat in porticu dom⁹ aureæ/& iuxta p̄dictū amphiteatrū conſtruct⁹ fuit in quo erāt duo fontes/ex qb⁹ aqua puriſſima ad turbā recreādā ꝓcedebat. In dedicatione cui⁹ quinq; millia ferarum genera occi ſa ſunt: in quo loco pri⁹ ſtagna Neronis erāt. Martial. n. dicit.

Hic vbi conſpicui venerabilis amphiteatri
Erigitur moles ſtagna Neronis erant.

Nō lōge a quo eſt fragmentū lateritiæ turris rotunde iā incruſta tæ marmorib⁹/ſuper quā erat Iouis ſimulachrū.

Erant & alia Theatra extra Vrbē vt apparet apud eccleſiam ſancti Sebaſtiani & ſancte Agnetis.

In oīb⁹ theatris erat cauea theatral'/q̄ ē cōſeſſus vbi ppl's ſpectat. Theatrū diciẗ emiſperiū ſeu viſoriū græce: latinæ vero ſpectacu lū: emicicli ſpecie cōſtructū erat. Amphitheatrū vero quaſi ī vnū iūcta deoviſoria recte cōſtat eſſe nominatū ſpectaculoꝝ gratia for ma rotunda & veluti ex duobus conſtans Theatris.

## De ærario & pecunia pub.

LOcus ærari antiquitus fuit in rupe Tarpeia in templo Saturni & opis eius vxoris vt adhuc diruta fundamentorum veſtigia cernuntur ab ea parte qua itur ad eccleſiam ſancti Nicolai in carcere/vbi nunc parua eſt eccleſia ſancti Saluatoris collapſa imminenti Hoſpitali ſanctæ Mariæ de porticu quæ vocatur ſanctus Saluator in ærario: & horrea vicina vocantur in ærario.

Romanorum ærarium erat in æde Saturni: quoniam in Italia Saturnum primum inſtituiſſe nummos ſignare dicitur teſte Cypriano. Macrob. vero ſic refert. Aedem Saturni ærarium Romani eſſe voluerunt quod tempore quod incoluit Italiam fertur in eius finibus nullum eſſe furtum cõmiſſum: aut quia ſub illo nihil erat cuiuſque priuatum. Phil. bc. ait primus autem omnium Valerius publicola exactis regibus ædem Saturni ærarium declarauit ductus oportunitate loci & apertum & ab inſidiis tutum & in primis munitum animaduertit. Tullum Hoſtilium quidam conſecraſſe templũ Saturni ferunt quidam Lutium Tarquinium Varro vero refert Titum largium dictatorem ædem Saturni saturnalibus dedicaſſe. Liuius autem a Planco reſtitutũ fuiſſe Aulo Sempronio/& M. minutio Cos. in quo pecunia po. Ro. conſeruaretur. Eratque ibi tabularium/in quo tabulæ pub. aeneæ ſeruabãtur teſte Cicerone. Traianus vero imperator ærarium: quod ſub Capitolio erat in nouã ædem Saturni traduxit/vbi & libri Elephantini ſeruabantur: in quibus .xxxv. tribus erãt conſcriptæ cum libris lintheis in quibus quidem Annales conſcribebãtur a Pontificibus.

Erat præterea in ipſo ærario locus ſecretior vbi vectigalium vigeſima: teſte Liuio ſeruabatur. Locus vltimi ærarii erat vbi nũc eſt perpulchrum Templum in honorem diui Hadriani mar. dedicatum. Non longe a quo erat officina cudendæ pecuniæ. Seruius enim Rex Ro. primus in vrbe ſignauit æs: ſignatumque eſt antiquitus nota pecudum / vnde & pecunia appellatur: Argentum vero ſignatum eſt anno Vrbis. Dlxxxv. Nota æris Romanorum fuit Ianus geminus ab vna parte/ex altera vero roſtrum nauis. Nota autem argenti fuerunt bigæ atque quadrigæ / vnde bigati atque quadrigati. Aureus vero nummus poſt annum ſexcenteſimum quadrageſimum ſeptimum percuſſus eſt: quamuis nõnulli poſt ſexageſimum annum velint.

Auri in populi Ro.ærario fuere Sexto Iulio Lutio Aurelio conſulibus pōdo ſeptingēta vigintiſex: argēti vero nonaginta duo mill.& extra numerum tricēta & ſeptuaginta quinq; mill.

Item Sexto Lutio Iulio Aurelio cōſulibus: hoc eſt belli ſocialis initio octingēta q̄draginta ſeptem pōdo. Cæſar primo ītroitu in ciuili bello ex ærario ꝓtulit laterū aureoꝝ trigintaſex millia/& in nummis pōdo tricēta. Aſconius ſcribit Aerariū dici pro priuata pecunia/Fiſcum vero ꝑ publica/q̄uis nōnulli dicāt ærariū ꝑ repoſitorio pecuniæ pub.capiat fiſcus vero ꝑ pecunia īꝑatoris.

Tarpeia rupes foro ro.immibebat vnde primo ſontes præcipitabantur & damnati.

De foris & Curiis.

ERant ēm in Vrbe Fora.xvii.principalia.s.Forum Romanum. Foꝝ Cæſaris. Fo. Auguſti.Neruæ.Traiani. Dioclitiani.Aenobarbi.& Salluſtii. Foꝝ boarium.Piſtorium Holitorium.Galloꝝ.Ruſticoꝝ.Suarium.Archemonium.Piſcariū & Cupedinis.

Foꝝ romanū ab arcu ſæueri & hortis Mariæ Gratiaꝝ ad radices Palatini vſq; ad eccleſiā ſctōꝝ Coſmæ& Damiani tēdebat.āpliatum fuit a.C.Cæſare poſtea vero ab Auguſto imp.qđ olim Cæſar totū intexit velis:& Cato cēſori⁹ ſternēdum muricibus cēſuerat:vt ita litigātes ciicerētur:in q̄ erāt Tabernæ nouæ ſeptem:qđ foꝝ dictū fuit/& Foꝝ Latium: ī quo ſtabat Domitiani colloſſus teſte Papinio.Latialis Iuppiter in Albano mōte colebatur:Dionyſius lib.iiii.hiſtor.auctor. Lactātius latialem Iouem a latinis coli ſolitum humano ſanguine. Erat ibi præterea ſuggeſtum roſtris nauium extructum.Liuius in octauo ait.Erāt ergo roſtra ad radices Palatini mōtis.Seruius vero dicit. Romanum Foꝝ eſt: vbi nunc roſtra ſunt.Erat & Sacratarium Senatus Theodoſii tpe vt literæ inciſæ demōſtrant in maiori capella eccleſiæ ſanctæ Martinæ apud carcerem Tullianum videlicet.

SALVIS Dominis noſtris Honorio & Theodoſio Victorioſiſs. Principibus ſecretarium ampliſſimi ſenatus.Quod vir illuſtris Flauianus inſtituerit & fatalis Ignis aſſumpſit Flauius Annius Eugharius epiphanius. V.C. Præf. Vrb.vice ſacra. I.V.D. reparauit & ad priſtinam faciem reduxit.

In qua eccleſia tabulis marmoreis antiquæ celaturæ parietes vndiq; exornati ſunt.

Forum Cæſaris erat apud forum Ro.ſtatuis & pulcherrimis co

lumnis decoratum / de quo Ouidius.
Hæc ſunt fora Cæſaris inquit.
Quod forum inter magnifica opera Vrbis enumerat Plinius/ cum ſolum tm̃ foro extruẽdo ſextertiis mille ducẽtis Cæſar Dicta tor emerit/in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt.
Forum Auguſti erat apud eccleſiam ſanctorum Coſmæ & Dam. verſus Turrim Comitum. Cæſar enim Auguſtus ædificauit forum cum æde Martis vltoris & in eo Caſtorem & pollucem cum victoria & Alex. magno & imagine belli inſignia opera Apellis poſuit. Aulus vero Gellius dicit ſtatuam Coruino Diuus Aug. in foro ſuo ſtatuendam curauit: & in eius ſtatuæ capite Corui ſimulachrum rei & pugnæ ornamẽtum: quod forum poſtea ab Hadriano inſtauratum eſt.
Forum Traiani ab ipſo Traiano extructum & dictum apud columnam eius Coclidem in quo poſuit lapidem marmoreum cum his literis.
Talem Priuatis imperatorem eſſe oportere : quales ſibi priuatos optat habere.
Forum Neruæ ſiue tranſitorium : quod a Traiani ad alia Fora trãſiebat/apud palatium ipſius Neruæ: vt adhuc cubitales literæ dirutæ apud. x. ingẽtes colũnas marmoreas apparẽt:
IMP. NErua Cæs. Aug. Trib. potes. iii. Impe.
Helius ſpartian⁹ dicit ſtatuas lacoſas vel pedes tres nudas vel eqſtres diuis imperatoribus in foro diui Neruæ: quod trãſitorium dicitur: locabat omnibus cum titulis & columnis æreis/ quæ geſtorum ordinem continerent.
Forum piſcarium erat non longe ab eccleſia ſancti Georgii coniunctum Foro boario/ q̃uis nõnullis placeat apud eccleſiam ſancti Nicolai in carcere dictum forum fuiſſe. Varro vero lib. i. ſecũdum inquit Tyberim ad Ianum eſt forum piſcarium. Erat ibi & forum Iugarium a vico iugario dicto vbi ſacra iuga bobus pro inauguranda Vrbe poſita ſunt.
Forum boarium erat vbi nunc eſt eccleſia ſancti Georgii in Velabro/in quo erat ſtatua Herculis ab Euãdro antiq̈tus ſacrata : q̃ vocabatur triumphalis: & vſq; ad tempora imperatorꝝ per triumphos veſtiebatur habitu triumphali : teſte Plinio. Erat & Ianus geminus a Numma Rege dicatus qui pacis belloq; argumento colitur/in quo & bos æneus ſtabat vnde Ouidius in faſtis.
Hic vbi pars Vrbis de Boue nomen habet.

In monumentum/quod ibi ceptus eſt ſacer ſulcus a Romulo au⸗ctor eſt Cor.vel a boue Herculis: qui ob victoriam cōtra Caccum bouē ſacrificauit. Oui. Immolat ex illis thaurū tibi Iupiter vnū. Non longe a quo ſtat arcus marmoreus cum ſtatuis/ac literis ve tuſtate conſumptis: videlicet.

IMP. CAES. Lutio Septimio Seuero Pio Pertinaci Aug. Ara bic. Adiabenic. Parth. Max. Fortiſſimo & Feliciſſimo Pon. max. Trib. pot. xii. imp. xi. Cos. iii. Pater Patriæ. Et.

IMP. Cæs. M. Aurelio Antonino pio. Felici. Aug. Trib. poteſt. vii. Cos. iii. P. P. Procos. Fortiſſimo Feliciss. Q. Principi. Et.

IVLIAE Aug. Matri. Aug. N. Et caſtroꝝ & Senatus & Pa⸗triæ. Et imp. Cæs. M. Aurelii. Antonini pii felicis. Aug. Parthici. Max. Britannici Maximi.

Argentarii & negotiantes Boarii huius loci: qui vehent deuoti numini eorum.

Forum Holitorium non longe erat ab æde Veſtæ.

Forum Salluſtii erat in Quirinali poſt templum vbi fuit eccle⸗ſia. s. Sabinii apud eccleſiam. s. Suſannæ.

Forum Suarium erat in loco vbi nunc eſt eccleſia ſancti Nicolai in porcilibus/quod adhuc nomen retinet non longe ab eccleſia ſanctorum. xii. apoſtolorum.

Erant & alia fora ab his rebus cognoīata q̄ illic vēdebātur.

CVRIAE duoꝝ generum erant. M. Varrone auctore. in qui⸗bus. S. P. Q. R. conueniebat: & vbi curabant ſacerdotes res diui nas/Senatus vero humanas: vt erat in curia hoſtilia/quam Tu⸗lus ſeruius rex fecit vbi nūc eſt eccleſia ſanctoꝝ Ioānis/& Pauli: vt ipſa veſtigia demōſtrāt. Gellius & Varro ſcribūt Senatus cō⸗ſulta iure nō potuiſſe niſi in loco per augures cōſtituto quod tē⸗plum appellaretur: non eñ oēs ædes ſacræ Templa. Curia in qua habebatur Senatus templū erat habebatur modo ſenatus in æde Apollinis modo in cōcordiæ delubro ſub dextra Curiæ Hoſti⸗liæ erat Gregoſtaſis ſupra comitium vbi nationū legati ſubſiſte⸗rēt/qui ad Senatū eſſent miſſi de q° loco meminit Cicero in epi⸗ſtola ad. Q. fratrem.

Erat & Senaculum ſupra Gregoſtaſim vbi ædes Concordiæ & Baſilica opima/in quo loco ſeniores cōſiſtebant. Nōnulli volūt Gregoſtaſim ſolūmodo in capitolino colle fuiſſe.

Erat & Senatulum aureum non longe a Curtio lacu de quo Va⸗lerius maximus meminit dicens.

Ante ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat/ qui hodie ſenatulum appellabatur.

Aliud ſenaculum ſeu ſenatulum vti in marmore antiquo apparet inciſo:erat apud portam Capenam.

Erat deniqꝫ ſenatulũ mulierꝝ m̃ronarꝝ ĩ colle Quirinali ab Anto. Pio Baſſiani filio conſtructum.

Curia vetus erat inter eccleſiam.s.Petri ad vincula/ & Lateranẽſem Baſilicam.

Curia vero Pompeiana erat apud ipſius Theatrum in qua Cæſar interfectus fuit Idibus martias: qui periit.vi.& quinquageſimo ætatis anno.

Erat & curia calabra teſte Pub.vic.vbi pontifex minor dies pronunciabat.

Erat & curia ſiue ſenatulum in campo martio circa ædem Bellonæ:vbi dabaꝛ ſenatꝰ legatis/quos in Vrbem admittere nolebãt.

Erat etiam extra portam Capenam templũ martis vbi dabatur ſenatus legatis hoſtiũ/qui intra vrbem non recipiebantur.

## De Campo martio.

CAmpus Martius olim ager fuit Tarquinii Regis vltimi Romanorum extra Vrbem eo tẽpore/vt Liuio placet/qui ait.Quicquid Capitoliũ & Tyberim interfluit fuiſſe cãpũ martiũ.Nã vrbs prima ad Capitoliũ finiebatur:poſt expulſionẽ Tarquinii fuit conſecratus ager Tarqniorum deo Marti.vnde campus martius dictꝰ fuit:in quo erãt multa templa & ædificia & columnæ memorandæ & porticus cũ infinitis ſtatuis& obeliſcis.Martiꝰ ꝓprie fuit vbi nũc eccl'ia ſcti Laurentii in lucina in quo habebantur comitia vt dicam inferius.In loco vero vbi nunc eſt domus noua capellæ apoſtolorum Philippi & Iacobi in eccleſia.s.Laur.in lucina fuit Baſis nominatiſſima Vrbis:non longe a qua eſt obeliſcus magnus ſemiſepultꝰ:vbi effoſſum fuit Horologium cũ lineis & gradibus deauratis.in angulis vero.iiii.venti ex opere muſiuo ſculpti viſebantur cum hac inſcriptione cubitalibus literis.

VT BOREAS SPIRAT.

Erat præterea Villa pub.vbi cenſus habebatur a cenſoribus: vbi nunc eſt Gymnaſium publicũ.

In dicto campo Martio habebantur comitia,i.loca in quibus tri-

bus ipſe petebant ſuffragia de eligendis magiſtratibus non lōge a monte citatorio. Vnde vſq; ad Iuſtiniani tempora in creatione principum acclamatum eſt.

Felicior ſit Auguſto. ac Traiano melior.

Nonnulli reſpondebant. nec Hadriano deterior.

Erat & locus comitium in Fo. ro. inter turrim Pallariam & lacum Curtium: duobus in locis prædictis omnes deligebantur ſiue Dictatores/ſiue Conſules & alii magiſtratus. Eratq; triplex deligendi modus/de quibus perpulchre Aul. gel. ſcripſit li. xvi. Septa vero loca erant in campo martio teſte Seruio incluſa tabulatis/ in quibus Po. Ro. ſuffragia ferre conſueuerat de quibus Pli. & Martialis ſcribunt. Erat templum Ant. Pii non longe a columna ciꝰ Coclide: vt cubitales literæ ī marmore effoſſo āno ſalutis. M.ccccc. demonſtrarunt: vbi nunc viſuntur ingentes colūnæ marmoreæ: in quo loco noſter Alexander Nero Florentinus habitat. corrupte dicitur Io Trullo ad imitationem palatii conſtant. in ciuitate regia poſiti: vt patet in lectione beati Leonis Papæ.

Erat & Tringaria vnde equi ad curſum mittebātur ad certamina currulia trigarum. Triga. n. a tribus equis dicit᷑ quadriga a. iiii.

Erat & Equiria ab equoꝝ curſu dicta: & adhuc retinet nomē eccleſia ſancte Mariæ in Equiria: vt dixi in ſtationibus. Caſſiodorꝰ vero in epiſtola dicit ſolitos ab Auguſti mauſoleo ſex portis dimitti iunctos currus / qui per Equiriam in Flamminium circum currerent. Erant in dicto cāpo multa loca pub. de quo cāpo Strabo nonnulla ſcribit lib. v.

Campus Exquilinus erat ſub turri Mecēnatis verſus ſeptentrionem/vbi antiquitus comburebantur cadauera mortuorum/ qui locus vt nonnullis placet: erat ſepulchrum peregrinorum/ quem Mecenas ab Auguſto impetrauit ꝓpter fœtorē vicinis moleſtū.

Erāt præterea in Vrbæ ſeptem alii campi. ſ. Viminalis/ Agrippinꝰ Codetanus/ Octauius/ Pecuarius/ Lannatariꝰ/ & Brunianus.

Extra tyberim vero erat campus Vaticanꝰ præter numerū. Erat & campus Iouis/ in quo erat domus Piſcenii nigri teſte Spartiano/in qua ſimulachrū eius in trichoro conſtituit/ quæ piſcenniani appellabatur.

## De Palatiis imperatorum.

PAlatium maius erat in mōte Palatino/in quo multæ areæ cum bibliotheca pulcherrima erant/& templa & alia loca ſumptuoſa variis picturis & ſtatuis exorna-

ta. In parte palatii verſus Septentrionem fuit locus Palladii: cui inſignes extant ruinæ cū marmoreis portis dirutis: quem locum nunc Pallariā pro palladium corrupte appellāt: in quo loco eſt eccleſia ſanctæ Mariæ in pallaria cum ſepulchro Io. pp. viii.

Forum tamen dictum eſt Palladium ob propinquitatem tēpli ipſius Palladis Martialis.

Limina poſt pacis palladiumq; forum.

C. Callicula Imp. teſte Suetonio ſuper templum Diui Aug. ponte tranſmiſſo Palatiū capitoliumq; coniunxit.

Palatiū ſeu dom⁹ regia Neronis: q̄ a p̄dicto palatio maiori Exquilias vſq; tēdebat: quā domū primo trāſitoriā mox īcēdio abſumptā reſtitutamq; Auream nominauit de qua Plinius. Bis vidimus inquit Vrbem totam cingi domibus principum Caii & Neronis: & huius quidem ne quid deeſſet Aurea: nonnulli volunt ex iunioribus vltra prædictam domū palatiū Neronis in Ianniculo fuiſſe.

Palatium Claudii erat pulcherrimū & amplum inter Colloſſeum & eccleſiam ſancti Petri ad vinc.

Palatium Traiani apud columnam eius erat perpulchrum variis marmoribus incruſtatum: int⁹ vero picturis exornatū cū ſtatuis.

Palatium Romuli erat apud eccleſiam ſanctæ Mariæ Nouæ abſq; marmoribus & columnis cum ſtatua eius.

Palatium antiquum ſenatorū erat apud eccleſiā ſancti Syxti multis colūnis & ſtatuis exornatum.

Palatium Auguſti erat inter eccleſiam. s. Felicis in pincis & Auguſtam in quo marmora innumera cum pulcherrimis columnis ſita viſebantur

Palatium Antonini imp. apud columnam eius non longe a templo Ant. multis marmoribus & propheticis lapidibus exornatū.

Palatium Antonini Caracallæ proximum viæ appiæ apud Thermas eius maximis erat ſubfultum columnis ac marmoribus multis in locis incruſtatum.

Palatium Titi & Veſpaſiani apud Thermas titianas in quo loco hoc anno. M dvi. Felix ro. ciuis in vinea ſua Lacobontis ſtatuam inuenit.

Palatium Neruæ apud forum eius erat e ſeptis quadratiſq; lapidibus abſq; calce poſitis inter turrim comitum & Militiæ adhuc dirutum / mirabile viſu / cernit in quo ſunt ingentes colūnæ marmoreæ incluſæ cum eccleſia ſancti Baſilii.

Palatium Flauii Conſtantini apud Baſilicam lateranenſem: & la-

teranenſe hucuſq; appellatur a nomine proprio Laterani patritii romani: auctoritas cuius fuit maxima in vrbe. hic dum eſſet conſul iuſſu Neronis interfectus eſt. Aedes vero eius ampliſſimæ datæ fuere poſt multum tempus Conſtantino imp. quas ampliauit ac poſtremo Silueſtro pontifici maximo conceſſit & a Laterano prædicto latarанenſe palatium dictum eſt: apud quem locum lateranenſis baſilica cum pulcherrimo baptiſterio ſita eſt/ quæ nunc omnia minantur ruinam: Niſi tua Sanctitas manus porrexerit adutriices: vt iam fecit Martinus & Nicolaus Symacus & Innocentius & alii q̃ plures pōtifices. O pater beatiſſime: hæc eſt gloria ſedis apoſtolicæ ne primaria totius orbis & vrbis Baſilica penitus collabatur: cui quidem ſanctitas tua in minoribus ꝑ multum temporis ſpatium archipreſbiter digniss. fuit vt nūc in maioribus epiſcopus & paſtor omnium vt alter Franci. Seraphicus eccleſiam tuam militantem repara in terris: vt triumphantem reperias in cœlis. Bonum & vtile fuiſſet operarios fabricæ inſtituere & prouentum quotidianum ordinare annexione alicuius Eccleſiæ/ vel abbatiæ pro reparatione iſtius ad perpetuam rei memoriam ne abſente pontifice baſilica predicta penitus corruat

Palatium Decii imp. nō longe fuit ab eccleſia. s. Laurentii panisperne: vt adhuc ipſa veſtigia denotant.

Palatium Lucinianum erat apud eccleſiam ſancte Balbinæ: vt apparent veſtigia.

Palatiū Soſorriani vbi nūc eſt eccleſia ſanctæ Crucis Hieruſalem variis colūnis exornatū.

Erāt & alia palatia in Vrbe/ quibus finem imponam.

## De Domibus & Iuſulis.

Omū a palatio exq̃lias vſq; fecit Nero auct. Suet. quā primo tranſitoriam: poſtremo Auream nominauit: in cuius veſtibulo ſtabat Colloſſus magnus: habebatq; porticum trium mill. paſſuum & ſtagnum circumſeptū ædificiis ad Vrbium ſpeciem/ vineta & arua cum paſcuis & ſiluis varia cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum in cæteris ptib⁹ cūcta auro illita diſtinctaq; geminis cenationeſq; laq̃atæ ibidē erāt ꝑpulchræ cū tabulis eburneis verſatilibuſq; fiſtulis/ vt vnguēta deſup ſpargerētur. Erant preterea ædificia rotūda de picta quæ diebus/ ac noctibus continuis perpetuo vice mundi

circumagerentur. Erant deniq; balnea cum hortulis/& aquis marinis cum albulis & alia q̃ plura miranda & incredibilia/vt ſcribit Cornelius tacitus in incendio vrbis. Plinius vero in Aureæ domus Neronis ſolariis aues ex argento mirabili opere ſculptas fuiſſe comprobat.

Domus Corneliorum familiæ erat ſumptuoſiſſimis ædificiis / vt ipſa veſtigia demonſtrant in vico qui adhuc Cornelioꝝ nomen retinet: a nõnullis imperitis vocãtur ipſæ ruinæ Corneliorum Thermæ ob magnitudinem ædificioꝝ apud equos marmoreos Fidiæ & Prax. In colle viminali erãt omnium totius Vrbis ſpecioſiſſimæ domus Marci Craſſi oratoris &. Q. Catuli/qui cum C. Mario fudit Cymbros: &. C. Aquilii equitis Ro. qui legem tulit Aquiliam: fundamenta quarum in vineis apud eccleſiam ſanctæ Suſannæ viſuntur.

Domus Balbini etiam nũc Romæ oſtẽditur in Carinis magna & potẽs & ab eius familia hucuſq; poſſeſſã dicit Spartianus.

Domus Cornelii in monte Cælio erat ſpecioſiſſima qui primus in Vrbe parietes totius prædictæ domus marmoreis cruſtis operiit. M. vero Lepidus Catuli conſulatu collega primus omnium limina ex numidico marmore in domo poſuit magna reprehenſione anno Vrbis. Dclxvi.

Domus Giordanorum erat perpulchra via præneſtina quæ ducentas columnas vno ſtilo habebat Hæl. Spar. auctor non longe ab eccleſia. s. Euſebii. Leo Baptiſta de albertis Flor. lib. ix. ſcribit. Valerius Romæ cum in Exquiliis domũ haberet altiſſimã inuidiæ vitãdæ cauſa diruit: & in plano ædificauit. Itaq; hãc fragilitatem bona illa poſteritas & pub. & priuatim ſecuta eſt/quo ad ꝓ bonos mores licuit. Poſtea vero aucto imꝑio tm̃ in pleriſq; omnibus creuit luxuries præterq̃ in Octauiano. nã is q̃dem ſumptuoſiore ædificatione grauabatur/quin & Villam quoq; nimiũ ꝓfuſe extructam diruit tm̃ inquã exercuit luxuries in Vrbe: vt inter cæteros fuerint ex Giordianoꝝ familia: qui domũ ſtruxerint via præneſtina colũnis ducẽtis vno ſtilo & parui magnitudine quarum quinquaginta Simiadas q̃nquaginta Numidicas q̃nquagĩta Claudianas/q̃nquaginta Tiſteas fuiſſe memini me legiſſe.

Domus Iulii Cæſaris fuit prius in ſubura: teſte Sue. qui ſcribit habitauit prius Iulius Cæſar in ſubura/modicis ædibus. poſt aũt pontificatum maximũ in ſacra via domo pub. quã poſtea Octauianus aug. ſumptuoſe nimis a Liuia ornatam a ſolo dirui fecit. in

cuius area porticus Liuia fuit ſtructa. Oui.lib.vi.Faſt.

Diſce tamen veniens ætas.vbi Liuia nunc eſt
Porticus: immenſæ tecta fuiſſe domus.

Ibi poſtea teſte Plinio ſuam pacem ædificauit Veſpaſianus.

Domus Catilinæ vbi erat locus qui Velleia dicebatur in parte Palatini montis/quæ videt fo.Ro.quod ibi antiquitus paſtores vellebant lanam ex ouibus ante vſum condendi.

Domus Ciceronis iuxta foꝝ non lōge a tēplo Iouis Statoris.

Domum Vergilii poetæ in Exqliis iuxta hortos Mecēnatis.

Domus Ouidii erat prope Velabrum ſub templo diuæ Mariæ de conſolatione.

Domus Pomponii Attici: erat in Valle Quirinali: vbi nunc eſt eccleſia ſancti Vitalis in quo loco Romulus apparuit ante lucem & nunq̄ poſtea viſus eſt.

Domus Martialis erat inter collem Viminalem & collem Hortulorum: vbi nunc eſt Vinea notiſſima/quæ appellatur Pyla Tyburtina Martialis.

Ped. Tyburtine ſum proximus accolla pyle:
Qua videt antiquum ruſtica flora Iouem.

Domus Coruina vbi hodie corrupte dicitur marcellū Coruoꝝ.

Alexander Seuerus: teſte Spar.fecit domos pulcherrimas. eaſdemq; amicis ſuis: maxime integris viris donauit.

Erant & aliæ multæ domus in Vrbe numero.M.cccxcvi.q̄uis nonnullis placeat.M.dccxcvii.

Inſulæ vero.i.paruæ domus erant numero quatuor millia ducentum.ii.Quāuis nōnullis placeat fuiſſe quatuor mil.dcii.

### De Nympheis & Horreis & aliis rebus.

NYmphea in Vrbe.xi.fuiſſe reperio. Erant enim loca principum amœna aquis inductis: vt Nympheum Iouis & Nympheum diui Alexādri in regione.v.poſitum.Spartianus dicit.

Opera Giordiani Romæ nulla extāt præter quædam Nymphea & Balnea: ſed & Balinæ priuatis hoībus fuerūt/& ab eo in vſum priuatum exornatæ ſunt.

Frant & alia Nymphea ſiue Nymphia vt in regionibus.

Erāt & mutatoria/vt mutatoriū Cæſaris q̄ erant priuatæ domus magnoꝝ ad ſeceſſum & delitias variis picturis & marmoribus exornata. Non ſolū in vrbe & ipſa Italia extruebāt ædificia impatoris Ro.ſed in vltimis finibus, Leo cū Baptiſta noſter, flor.de Al-

bertis ſcribit lib.x.de re ædificatoria.Murum per Britaniam Cæſares ĩter quos Hadrianus millia.lxxx.duxit/quo barbaros a Romanorꝝ agro ſepararet. Antonius etiã pius eãdem p inſulã murũ aſtruxit ceſpiceũ.Seuerus poſt hunc trãſuerſam p inſulã vtrincꝫ ad fines Oceani pduxit vallũ millia paſſuũ.c.& duo &.xx.

Poſt Auẽtinum mõtemverſus meridiem ſupra Tyberim eſt planities magna vbi erãt.clx.Horrea pub.maxime capacitatis/in quibus frumentũ po.Ro.ſeruabatur.Tamen in vrbe dicũt fuiſſe horrea.ccxci.vltra prædicta:vt in regionibus.Alexãder cũ Seuerus Horrea in oĩbus regionibus/teſte Spar.publica fecit:ad quæ cõferent bona hii/qui priuatas cuſtodias nõ haberẽt.Erant in Vrbe officinæ piſtoriæ numero.ccxliiii.

Apud eccleſiam.s.Suſannæ in Thermis erat Vicus Mamurii:de quo beatus Ambroſius mẽtionem facit cũ eccleſia.s.Suſannæ a Mamurio fabro peritiſſimo dicto / qui.xi. ancilia fabrefecit / in quo loco poſita erat ſtatua ipſius a popu. Roma. & adhuc nomen retinet Mamurii.

Erat & vicus Sandaliarius in regione.iiii.vt apparet in marmore quadrato in domo Roſcia cum ſtatuis/& ſignis vndicꝫ inciſo In parte anteriori tres ſtatuæ cum gallo viſuntur cum hac inſcriptione in parte ſuperiori.

IMP.CAESARE Auguſto.kIII I.M.Plautio Siluano Cos.

Sub pedibus ipſarum erant minores literæ/videlicet.

Doppius.Ɔ.L. Iaſo.D.Lucilius.D.L.Saluius.L.Brunius.Ɔ.L. princeps.L.Furius.L. L.Saluius.

MAG. VICI SANDALIARII.

Vicus iugarius in Fo.ro.Liuius ſaxum inquit ingens ex Capitolio in Vicum iugarium procedit & multos oppreſſit.

Vicus Thuſcus apud eccleſiam.s.Geor.in Velabro Tybulus.

At qua Velabri regio patet: ire ſolebat/
Exiguus pulſa per vada linter aqua.

Propertius vero de vico Thuſco ait.

At tu Roma meis tribuiſti premia Thuſcis.
Vnde vicus hodie nomina thuſcus habet.

De quo ait Varro poſt mortem Celii thuſci/qui non ſuſpitiõe carebant viſi ſunt in cõuallem deſcẽdere & ab eis dicitur Vicus thuſcus vbi eſt & templum vertunii / qui eſt prĩceps deus æthruriæ. Celianis vero qui ſuſpitione carebant datus eſt Celiolus cõiunctus Celio q̃uis aliter ſentiat Dionyſius alicarnaſſeus Ioãnes ve

ro annius ſcribit.Et ideo recte Fabius dicit prīcipium Vici Thuſci incipere ſub Celiolo verſus Auentinum & terminari / ad radices capitolii.

Ab Annio Viterb.lib.ii. Q. Fab.ſatis dictum eſt de Vico thuſco & foro Boario.dicit enim in hac boaria maxima portione vici Thuſci erant opulentiores & ditiores / atq; nobiliores Roma. vbi & frequentiores arcus triūphales & monumenta imperatoꝝ videmus.alios vicos ne ſim prolixior obmittam.Erat enim numero.cxxviii.Vico magiſtri vero.dclxxiiii.

Aediculæ numero. cccxxxix.

Curatores viarum.xxix. Denuntiatores.xxviii.

Lupanaria.cccclі.

Vexilla cōmunia duo.i.Roſeum ꝓ pedibus cū literis.S.P.Q.R. Ceruleum vero pro equitibus. Nam color cæruleus eſt maris a cuius deo Neptūno equum cōſtat inuētum fuiſſe. Romani habebant aquilam:vnde Aquiliferi dicūtur ſigniferi in Ro.militia ab Aquila quam Ro.regionibus. C.Marius in.ii.conſulatu ſuo proprie dicauit.Habuerūt præter aquilam Ro.quatuor alia ſigna: videlicet.Lupos.Minothauros.Equos & Apros:quæ ſingulos ordines anteibāt vt inquit Plini.lib.x. Et in arcubus triumphalibus viſuntur ſculptæ in marmoribus.

Cohortes prætoriæ.x. Vrbanæ.iiii. Virgilium vero.vi.

Erāt caſtra peregrina & Miſenatium. Tabellioꝝ. Salgamarioꝝ. Lectigaliorum. Victimarioꝝ. Saligarioꝝ & equitum ſinguloꝝ.

Milites prætoriani erāt extra vrbem/vt ingentes ruinæ demonſtrant apud locum qui vulgo dicitur caput Bouis vbi eſt ſepulchrum mirādum in quo viſuntur inciſæ infraſcriptæ literæ.

CECILIAE. Q. Cretici.F. Metellæ.Craſſi : non longe a prædicto loco fiebant ludi Olympiaci.

Erant in Vrbe menſæ Holitoriæ ſiue Holeariæ numero viginti mill.ccc.Pub.Victor dicit.xxiiii.mill. mendoſum codicem legiſſe credo : vt dicere velit duo millia quatuor centum : vt apparet in regionibus.

## De tribubus & regionibus Vrbis.

TRibus in Vrbe fuerunt. xxvii. poſtea.xxx. poſtremo vero.xxxv.vt apparet in lapide marmoreo in ædibus Franciſci de Porcariis Ro.cum hac inſcriptione.

IMP. Cæſari Diui Neruæ. F. Neruæ Traiano Aug. Germanico. Dacico.Pontifici maxi. Tribunit. Pot.vi. Impe.iiii.Cos.

V.P.P.Tribus.xxxv.Quod liberalitate optimi Principis cõmoda earum etiam locorũ adiectione amplificata ſint.

Nomina quarum a nonnullis variantur: tamen vt omittam auctoritate Ennii & Liuii &.M.Varronis atq; Tolunnii Tragediarum Thuſcarũ ſcriptoris breuitatis cauſa nomina ipſarũ Tribuũ ſcribam: quæ ſunt hæc.

Tatienſis a Tatio luceris a lucumone q̃uis Suburtana a nonnullis dicatur.Rumnenſis ſiue rancnſis a Romulo nonnulli romuliã dicant.Sed liuius & Varro lib.i.dicunt ſuam tamen non a ſe voluit dici romulcam ſed Rumnẽſem.quarta vocabatur Exquilina. Capitolina.Quirinalis & Collina.Celiana.Auentina a ſeptẽ primis collibus dictæ.Seruius lib.iiii.ſcribit Tullus diuiſit Vrbem in quatuor partes.Palatinam Baboranam.Collatinam: Exquillinã per Suburbanam & Collinam.liuius vero ab Vrbe condita dicit Additæ ſunt ex nouis ciuibus tribus.iiii. Sabatina: Trometina: Arnienſis & Stellatina.

Sabatina a ſabatia regiõe æthruriæ dicitur:vbi ſabatius loc⁹ nũc vulgo anguillare dicitur:a quo loco Hieronymus ſpĩ.phyſicus noſter vir doſtiss.origĩnem traxit:de quo loco Strabo lib.v.& ſillius libro octauo ſcripſere.Trometina a Trometino:vt ait Fabius & Tolumnius.Trometes vero Campus vocatur teſte Feſto.Arnienſis ab Arno fluuio Io.An.ſcribit:hii ſunt Fluuentini præfluẽti Arno appoſiti vt exponit Plinius:nunc Florentini cum quib⁹ intelliguntur Pheſulani. Stellatina a fluuio vicino Piſtorienſib⁹ & pratenſibus in thuſcia vtplacet Io.Viterb.q̃uis ſint & populi Stellatini in campania.Sed Fab. pictor de thuſcis loqtur.Erat regio Metina & Scapcia ſiue ſcapia:de quibus Liui⁹ lib.viii.ait. Eodem anno cenſus actus nouiq; ciues cenſi tribus propter eos additæ Metia & Scaptia Cenſores addiderunt.Qu.philo.Sp.poſthumius.Erat & Velima & Fabia de quibus Oratius.

Valet hic Fabia:valet ille Velina.

Aliarum vero nomina hæc ſunt videlicet.

Lemonia. Pontia Cruſtumena. Papiria.Pollia.Publitia. Tyberina.Vfentina.Põtina.Faleria ſiue Galeria.Veturia.Cornelia.Mẽtina.Antheſia.Volicinia.Faucia & Pupina ſiue pupillia.

Antiquitus Roma erat diuiſa in quatuor ptes a Tull.rege ro.pri⁹ n.a Romulo in tris teſte Ennio/quas tribus appellauit/ ſingularumq; Tribuum duces tribunos nominauit: & tribus prædictas diuiſit in partes.xxx.curiaſq; dixit.Vnde leges curiatæ/ & curia-

tum præfectos Curiones appellauit: vnde poſtea Numma Pompilius.iiii.ſacrauit virgines Veſtales. s.Geganiam/Beroniam/Camillam & Tarpeiam. Plutarch⁹ auctor. Poſtea vero diuiſa fuit in ſex partes principales: vnde Serui⁹ Tulli.addidit duas Virgines prædictis Veſtalibus. Prima Veſtalium appellabatur maxima ſicut & nos dicimus de monialibus abbatiſſam/vnde Popul⁹ Ro. pro ſua quaq; parte haberet miniſtram ſacrorum: qui numerus ſenarius per longum tempus ſeruatus eſt. Poſtremo vero fuit diuiſa in regionibus quatuordecim teſte Pli.lib.iii. quarũ ſingulæ cõpita ſupra.cc.& vicos innumeros teſtes Macrobio continebant. Vnde compitalitii ludi a viis compitorum. Suetonius vero dicit. Seculares & compitalitios ſuper calib⁹ currere imberbes. Noſtro vero tempore Regiones corrupte riones appellantur cum Vexillis & inſignibus Populi Ro. in antiquo marmore in porticu ædiũ conſeruatorum Vrbis poſito non longe a porta palatii Senatoris regionum.xiiii.nomina & Vicorum literis vetuſtate deletis adhuc ſtare viſuntur cum inſcriptione huiuſmodi.

IMP.Cæs.Diui Traiani Partici.F.Diui Neruæ Nepoti Traiano Aug.Ponti.maxi.Trib.pot.xx.Imp.ii.Cos.iii.P.P.Magiſtri vicorum Vrbis regionum.xiiii.

## Prima Regio.

REgio prima Capena dicitur: quæ continet aream Apollinis.Spei.Galli ſeu Thallii.Carſucæ ſiue Carſuræ. erat & Area Pinaria.Erant & Vici multi vt puluerarius & Camenarum. Druſiani. Sulpitii vlterioris & alterius Sulpitii citerioris. Fortunæ obſequentis. Honoris & virtutis. Fabritii & trium ararum omnes numero.ix.

Erat præterea ædes Martis.Mineruæ.Tempeſtatis & Camenarũ Lacus promethei & Vipſani & Almo fluui⁹. Mutatoriũ Cæſaris Arcus tris Druſii & Veri Parthici atq; traiani principum: erant & Thermæ Commodianæ & Seuerianæ & balnea Torquati. Mamertini. Abaſcantiani. Vettii. Bolani. ſeu Volani. Aediculæ.x. Vico magiſtri.xxxvi.vel.xlix. Curatores duo. Denunciatores duo. Domus numero.cxx. Inſulæ duo mil.ccl.vel.iiii.millia.ccl. Horrea.xiii.vel.xvi. Piſtrina.xv. Balnea priuata.lxxxiiii. Lacus vero. lxxxii. Regio ipſa continet ped.xxii.mil.ccxxvi.

## Secunda Regio.

REgio ſecunda Cælymontana dicitur: quæ continet templum Claudii.macellum magnum luparias/ ſeu lupanaria. Aratrum Ciclopis. Campum Martialem Caſtra peregrina. Caput Aphricæ/ſeu Aphretæ. Arborem ſanctã. Regiã Tulli Hoſtilii/& Templũ quod in curiam redegit patribus minorum gentium. Domum vectilanam & Philippi. Manſiones albanas. Micam auream. Armentarium. Spolium Samarium. Ludum matutinum & gallicum cohortes quinq; vigilum. Erant præterea vici ſeptem. Aediculæ. viii. Vico magiſtri. xxviii. Curatores. ii. Denunciatores duo. Domos. cxxxiii. ſiue. clx. Inſulæ mil. dc. ſeu tria mil. Horrea. xxiii. Piſtrina. xv. Balnea. xx. Lacus vero. lxv. Regio ipſa continet in ambitu ped. M. cc.

## Tertia Regio.

REgio. iii. ISIS ET SERAPIS MONETA dicitur quæ continet Ludum magnum & Dacicum/ Amphiteatrum/ Domum Bruti/ Samium/ Coragium/ p̄turam præſentiſſimã/ Thermas Titianas/ Traianas/ & Philippi Aug. Lacum paſtoris/ Scolam Quæſtorum/ & Capulatorum/ Porticum Liuiæ/ Caſtra Miſenatiũ & Suburam. In qua regione erant Vici. x. Aediculæ totidem Vicomagiſtri. xxiiii. Curatores. ii. Denunciatores. ii. Domus. clx. Inſulæ. ii. mil. dcclvii. Horrea. xviii. Piſtrina. xvi. Balnea. lxxx. Lacus vero. lvi. Regio ipſa in ambitu continet ped. xiii. mil. cccl.

## Quarta Regio.

REgio Quarta Templum pacis dicitur/ quæ continet Templum ipſius Pacis & Remi/ Veneris. P. Fauſtinæ & Telluris. Baſilicam Conſtantini & Pauli Aemilii/ Forum tranſitorium/ Sacriportum/ Balneum Dapnidis/ Porticum Aſidatam/ Aream Vulcani Buccinam auream Appollinem/ Vicũ Sandalariũ/ Horrea Cartarea ſeu Teſtaria. Colloſſum magnũ radiatũ/ Sororiũ Tigillũ/ Metã ſudãtẽ/ Carinas/ Domũ Pompei & Ciceronis/ Viã ſanctã. In qua regiõe erãt Vici. viii. Aediculæ. ix. Vico magiſtri. xl. Curatores. ii. Denũciatores. ii. Domus. cxxxviii. ſiue. clx. Inſulæ. mil. dlvii. ſiue mil dccclii. Horrea. xviii. Piſtri. xv. Balnea. lxxv. Lacꝰ vero. lxxxviii.

Regio ipſa in ambitu cont.ped.xxiii.mil.

## Quinta Regio.

REgio Quinta Exquilina dicitur/ quæ continet Nympheam Alexādri.macellū Liuiani.Lacū Promethei. Cohortes ſeptē Vigilū.Aedē Veneris Aericinæ. Hortos Plantianos & mecēnatianos.Regiā Serui tull.Herculē ſullanū. Amphiteatrū caſtrēſe. Campū Exqlinū & Viminalē ſub aggere.Lucū Exquilinū & Perclinū atqꝫ Fugutalē.Tēplū Iunonis Lucinæ.Domū Aquilii &. Q. Catuli.&.M.craſſi. Arā Iouis Viminei.mineruā medicā.Iſidē Paraticiā Lauacrū Agrippinæ & Thermas olympiadis.In qua regiōe erāt Vici.xv. Aediculæ totidē Vico magiſtri.xlviii.ſiue.lx. Cur.ii. Denun.ii.Dom.clxxx.Inſulæ mil. dlvii.ſeu.iii. mil.dcccl.Horrea. xxiii. Piſtrina.xv. Balnea.lxxv.Lacus vero.lxxii.

Regio ipſa cont.ped.xxv.mil.Dcccci.

## Sexta Regio.

REgio.vi.Altaſemita dicit̄:q̄ cōtinet tēplū Salutis Quirini:Serapis:Apollinis:Clatræ & FloreVicū mamurii & Bellonæ:Circū & Floralia: Capitoliū Vetꝰ/Diuū Fidiū in colle / Forū ſalluſtianū: Fortunam pub.in colle: ſtatuā plūbeā mamurii:domū atticā:malū punicū:tēplū & domū gētis Flauiæ:hortos ſalluſtianos:ſenaculū mulierū:Thermas dioclitianas & cōſtātianas: Decē tabernas:balnea paulirgallinas albas arcā callidii: & cohortes.iii.Vig.ī qua regione erāt Vici.xii. ſiue.xvii.ædiculæ.xvi.Vico magiſtri. xlviii.cur.ii. Den.ii. dom. cxlvi.ſeu.clxix. Inſulæ.iii.mil.ccciii.ſiue.iii.mil.dv.Horrea.xviii. piſtrina.xv.Balnea.lxxv. lacus.lxxvi.

Regio ipſa cont.ped. xv. mil.dc.

## Septima Regio.

REgio ſeptīa Via lata dr̄:q̄ cōtinet lacū Ganimedis cohortes ſeptē primorū Vigiliū arcū nouū nymphcū Iouis ædiculā caprariā cāpū agrippæ/ tēplū ſolis.teplum nouū ſpei fortunæ & Quirini ſacellū genii Sangi caſta gipſiana ſiue gētiana porticū cōſtātini eq æneī Tiridatis forū ſuariū & archemoriū.hortos largianos pyla tyburtina ad manſuetos & lapidē ptuſum:in qua regione erāt vici.x.ſiue.xv.ædiculæ. xv.Vico magiſtri. xlviii.cur.ii.den.ii.dom.cxx.Inſulæ.iii.mil.ccclxxxv:horrea.xxv. Piſtrina. xviii.balnea.lxxv.Lacꝰ vero.lxxvi.

Regio ipſa cont.ped.xii.mil.dcc.

## Octaua regio.

REgio octaua Forum Romanum dicitur: quæ continet roſtra comitium: ædem victoriæ Templum Iulii Cæſaris: ædem Opis & Saturni in Vico iugario: templum Caſtoꝝ ad lacum Iuturnæ: templū concordiæ & Iani romuli Veſtæ carmētæ Titi & Veſpa. deum pænatiū/ & Iouis optimi max. & templum vetus Mineruæ & delubrum mineruæ: ædem Iouis tonātis: ædiculam iuuentæ: ſacellum pudicitiæ patritiæ: ædem Herculis victoris in Foro boario: ædem Maturæ: ædem Vortūnii in vico Tuſco: Ficum Ruminalem ſiue Romularem: & lupercal virgis: colūnam cū ſtatua. M. Ludii gregoſtaſim Senaculū aureum equū conſtātini: milliariū aureum: pila oratia: Equum æneum Domitiani: atrium Mineruæ: ludum Aemilium porticum Iuliam: locum mercatoꝝ: regiam Nummæ: Forum Cæſaris: Stationes municipioꝝ: Forum Auguſti: cum æde martis vltoris: Forum Traiani cum colūna eius coclide & equo eius Aeneo: Vmbilicum Romæ: Lacum curtium: Baſilicam argentariam Baſilicam Pauli cum frigiis columnis: Apollinem triginta cubitorum: capitolium: portam carmentalem: curiam calabram aſylum: ſignum Iouis impatoris: Horrea germanica & agrippina: aquā cernentem ſcauros: Forum boariū & piſcarium: vicum ligurum & iugarium & vnguentarium carcerem Tullianū porticum margaritariam elephantum herbarium & antrum cachi: in qua regione erant Vici. xxxv. ædiculæ totidem vico magiſtri. xlviii. Cur. ii. den. ii. domus. cxlv. Inſulæ duo mill. cclxxviii. ſiue. iii. mil. dccclxxx. Horrea. xxv. Piſtrina. xx. balnea. lxvi. lacus vero cxx. Regio cont. ped. xx. mil. dccclxii.

## Nona Regio.

REgio nona Circus flaminius dicitur: quæ continet Theatrum balbi cum cripta eius Theatrum Pōpeii & Marcelli/ Thermas alexandrinas Hadrianas & Agrippinas porticum chorinthiam Gn. Octauii & Phillippi & argonautaꝝ/ Templum Bruti/ Calliaci/ Templum diui Ant. cum colūna eius coclide/ templum boniuētis/ ædem Bellonæ & Iuturnæ ad aquam Virgineam/ ædem Vulcani in circo flammi. ædem antiquam Apoll. cū lauachro & ædem magni Herculis cuſtodis circi prædicti ſtabula. iiii. Factionum/ Mimitiam vetus & Mimitiam frumentariam/ Iouem Pompeianum delubrum/ Gn. Domitii/ Campū martis/ Villam publicam/ ſepta Trigaria/ Equi-

riam/ Hortos lucullanos/Fontem Scipionis/ſepulchrum Augu ſtorum: Ciconias nixas/ Pantheon Baſilicam Macidii & Martiani/Inſulam phelidii mineruium meleagricum ſerapeum Iſeum & Mineruam calchidicam & carcerem Claudii.x.vir/ In qua regione fuerunt Vici triginta quinq;/ ædiculæ triginta Vico magiſtri quadraginta octo Cur.ii.Deu.Domus.cxl.Inſulæ.ii.mill. cclxxxviii.ſiue.iii.mill.ccclxxxviii.Horrea viginti quatuor/ Piſtrina.xx.Balnea.lxiiii.Lacus vero octuaginta . Regio ipſa cont. ped.triginta mil.D.

## Decima Regio.

REgio decima Palatium dicitur/ quæ continet caſam romuli prata Bacchi Aram febris & Aram palatinam Vicum padi & fortunæ reſpiciētis ſalutis Apollinis & curtarum ædem Iouis ſtatoris & matris deum & Iouis victoris & dii Iouis & ædem Apollinis : vbi Lychni pendebāt inſtar arboris mala ferentis. Templum fidei.Domum cæioniorum. Suelia. Cænationem Iouis. Aedem deæ viriplacæ in palatio & Rannuſiæ & Bibliothecam. Pentaphilon Iouis arbitratoris. Domum Auguſtanam & Tyberianam. Dionyſii. Q. Catuli & Ciceronis. Mammeam auguratorium. Sedem imperii Romanii. Velia. Curiam veter. Fortunam reſpicientem. Septironium Seueri. Victoriam germanitianam : & lupercal.in qua regione erant Vici.xx. ædiculæ totidem. Vico magiſtri.xxiiii.ſiue.xlviii. Cur.ii. Den.ii. Domus.lxxxix. Inſulæ.ii.mill.dccxlii. Horrea.xlviii.Piſtrina xx. Balnea.xxxvi. ſeu. lxvi. Lacus vero. lxxxviii. Regio ipſa cont.ped.xii.mill.Dc.

## Vndecima Regio.

REgio vndecima Circus maximus dicitur/ quæ continet circum maximum Templum Solis & Lunæ. Mercurii & Caſtoris. Aedem Ditis patris & Cereris. Veneris Portunni. Pompei. Mutiæ. Aedem Conſii ſubterraneam. Pietatis in Foro olitorio : & Iunonis matutæ. Aram maximam portam Trigeminam Salinas Apollinem celiſpicientem Herculem oliuarium. Obeliſcos duos. Forum olitorium & Velabrum maius. In qua regione erant Vici.viii. ſeu.xix. Aediculæ totidem. Vico magiſtri.xxxii. Cur.ii. Den.ii. Dom.cxiii inſulæ.mil. Dc.ſiue.ii.mil.dcl. Horrea.xvi. Piſtrina totidem. Balnea.xv.lacus vero.lx.ſeu.lxxxviii.

Regio ipſa cont.ped.xi.mil.D.

## Duodecima Regio.

REgio duodecima Piſcina publica dicitur: quæ continet Vicum almæ Veneris & piſcinæ pub. & Dianæ. Ceios. Triarii. Aquæ ſalientis: & Laci tecti. Vicum Fortunæ mãmoſæ. Colopeti Paſtoris. Portæ Ruduſculanæ. Victoris: & portæ Neuiæ. Hortos aſinianos. Areã Radicariã. Caput viæ Nouæ Fortunã Mammoſam. Iſydem Anthenodoriã. Aedẽ bonæ deæ Subſaxanæ Signũ Delphini. Thermas Antonianas. Septẽ domos Parthorꝝ. Campum Lannatariũ. Domũ Chilonis & Cornifici. Cohortes tres vigilũ: & priuata Hadriani. In qua regione erãt Vici.xii.ſeu.xvii. Aediculæ totidẽ. Vico magr̃i.xlviii. Cur.ii. Den.ii. Dom.cxxiiii. ſeu.clxii. Inſulæ.ii.mil.cccclxxxvi. Horrea.xx. Piſtrina totidem. Balnea.xliiii. Lacus vero.lxxx. Regio ipſa cõt.ped.xii.mil.

## Decimatertia Regio.

REgio decimatertia Auctinus dicitur: q̃ cõtinet Armiluſtrũ Templũ Lunæ & Dianæ libertatis & Iunonis Reginæ. Aedem bonæ Deæ in Auctino & atriũ libertatis. Forꝝ Piſtoriũ Scolam Caſſii. Porticũ Fabariam Scalas Gemonias. Thermas Varianas & Decianas. Priuata Traiani. Dolacrũ ſeu Doliolũ. Mappam aureã & Aureã Platonis. & Horrea Anicẽtiana. Vicum Frumẽtarium / & trium viaꝝ. Vicum Fidii & Valerii. Cæſeti laci miliarii. Capitis cãteri. Trium alitum. Vicum nouũ & Armiluſtrii & colũnæ lignæ. Fortunæ Dubiæ. Loreti maioris & Loreti minoris. Vicum mũditici & materiariũ. In qua regione erãt. Vici.xlviii. Cur.ii. & Denun.ii. Dom.c.iiii. ſeu.clxii. Inſulæ. duo mil.cccclxxxviii. Piſtrina.xx. Horrea.xxvi. Balnea.lxiiii. Lacus vero.viii. Regio ipſa cõt.ped.xvi.mil.cc.

## Decimaquarta Regio.

REgio decimaq̃rta & vltima Trãſtyberina dicitur: quæ cõtinet Ianniculũ. Hortos Neronianos & Domitii & Gethæ. Naumachiã Neronis Vaticanũ Gaianiũ. Inſulam Iouis & Aeſculapii Aedem Faunii. Balneũ Ampelidis. Sacellum Mamæ Balneum ſiue Balineũ Priſcillianæ. Statuam Valerianã & Siccianam. Sepulchrũ Nummæ. Caput Gorgonis. Cohortes.vii.vig. Templũ Fortis Fortunæ. Ianum Septimianum & Aream Septimianam. Herculem cubãtem. Campũ codetanum / & Brutanum. Caſtra lecticariorum. Vicum cenſorium Gemini / Longiaquilæ / Roſtrati / Quadrati / Siccinianæ /

Raciliani maioris & racil. minoris. Vicum Ianuclenſem/& Larum Ruralium. Bruttanum/Valerianum/Salutarem Pauli. Ploti. Saufei. Sergii & laci reſtituti Semipub. Patratilii. Viberini & ſex lucci/qui omnes vici in dicta regione ſunt numero. xxii. quãuis nonnulli. lxxxix. fuiſſe dicant. Aediculæ totidem. Vico magiſtri xlviii. ſiue. lxxxviii. Cur. duo. Denum. ii. Dom. cl. Inſulæ. iiii. mil. ccccv. Horrea. xxii. Piſtrina totidem. Balnea. lxxxvi. Lacus vero. clxxx. Regio ipſa in ambitu cont. ped. xxxiiii. mil. ccclxxxvi. Hæc de ipſis regionibus in ſuperficie dixiſſe ſat eſt. Alias vero domino concedente prædictas. xiiii. regiones in libros. xiiii. exponam publicatis prius opuſculis duodecim diuerſarum rerum circa honorem dei & ſalutem animarum: vt eſt illud de confeſſione & aliud de oratione & virtutibus/ nunc vero primo libello finem imponam.

De Sacerdotibus & magiſtratibus.

ROmani habebant in vrbe Pontificem maximum ſup omnes pontifices & Sacerdotes vt noſtro tempore Chriſtiani habent Papam ſummum põtificem ſuper omnes epiſcopos & ſacerdotes. Erat em̃ in maxima auctoritate & dignitate/in cuius manibus erant omnia ſacra cum libris ritualibus & lintheis atq; elephãtinis/ quam dignitatem maiori cũ poteſtate ac ſumma reuerẽtia vere fidei tua Sanctitas adepta eſt: vt merito & numero populus Chriſtianus augeatur/ac in bonis operibus cõfirmetur. Primus em̃ Pontifex fuit. Martius martii. F. a Numma Rege inſtitutus.

Erant & Flammines ſacerdotes a Numma Pompil. inſtituti/qui geſtabant in capite lanæ filamen.

Erant em̃ ſacerdotes Martis & Quirini. Primus eorum vocabatur Flamen dialis qui aliis ſuperior erat/atq; ſolus Ioui miniſtrabat. Dialis aũt a potu dyos qđ eſt Iouis. Salii vero erãt. xii. ſacerdotes Marti deo dicati/qui per vrbem cũ ancillibus ſaltabãt.

Fecialis & pater patratus erãt ſacerdotes/qui cum hoſtibus belli tempore bellum indicebãt in feriẽdo fœdere.

Erant & Augures/ qui captabant auguria velato capite lituum dextra tenentes.

Erant & ſodales Titii ſacerdotes extra Vrbem habitantes in Tuguriis ſeruantes auguria. Erãt & epulones põtifices veteres vt ludorum epul. ſacrificiũ facerẽt. Septem viratus epulonum dicebatur; vt apparet in pyramide apud portam ſancti Pau-

li mœnibus coniuncta:in quo adhuc literæ inciſe viſuntur de.C. Ceſtio.vii.vir.epulonum:vt dicam inferius in Methis.

Erant præterea Virgines Veſtales a Romulo ordinatæ poſtea vero(vt ſuperius dixi)deæ veſtæ a Nūma inſtitutæ/ quæ perpetuū ignem conſeruare deberent. Reges Romanorū ſeptē fuere:e quibus Romulus fuit primus/& a regendo dicitur:ſpacium vero tēporis a defuncto Rege vſq; ad creationem ſequentis interregnū dicebatur:vt nos dicimus interpontificium a defuncto pontifice ad creationem vſq; ſequentis pont. Erant Senatores/qui primū a Romulo fuerunt inſtituti patres centum poſtea vero teſte Gellio/Mille fuere a nobilitate generis/vel a ſenili ætate aut a ſapientia:poſtremo vero patres Conſcripti appellati ſunt.

Quæſtores ſemper duo fuerunt regum tempore:vt inquit Iuni⁹ lib.vii.ab inquirendo dicti.& habebāt curā ærarii.Erant & Quæſtores vrbani & prouinciales.

Conſules duo ab Vrbe condita anno.cc.xliiii.

Primi.n.fuerūt.L. Iunius Brutus.&.L.Tarquini⁹ Collatinus/q̄bus datum erat a populo Ro.xii.faſcibus vti totidemq; Lictorib⁹ cū ſecuribus per annū & primus vocabatur maior qui talia inſignia tenebat.

Proconſules vero habebant ſex lictores & poteſtatem ſolummodo in prouinciis:functi.n.magiſtratu Cōſulat⁹ fiebāt procōſules in ædib⁹ dn̄i Petri de ſancta cruce apud plateā iudeorū in lapide marmoreo adhuc viſuntur inſignia ſex cum his literis.

FASCES ET SECVRES CONSVLARES

Vt depictas oſtendam in epithaphi.opuſculo.Ioan. Annius Viterb.ait.Et vt recte noſter Chriſtophorus Laudi.florentinus eruditiſſime poſuit ſuper Oratii Odam illā. Quem virum aut heroa. Faſces erant faſciculi virgarum in quibus ſingulis ſingulæ ſecures incluſæ erant.Eas duodecim primas Ianus dedit in Olympo æthuriæ ad continentes recentes colonias in aureo officio & ad terrēdos & flagellādos malos vt hic noſter Fabius pictor in princi.inſinuauit.

Romulus poſtea teſte Liuio ab æthruſcis populis faſces.xii. cū lictorib⁹ aſſumpſit qui numerus cōformis erat duodecim auib⁹ augurii.Erāt aūt.xii.faſces teſte Annio Viterb.vt omnes cōcedunt cui⁹ princeps dicebaꝑ æthruſca lingua Baracel latine lictor & p̄cuſſor.Vnde & Barac percuſſorē interpretaꝑ diuus Hieronim⁹ inde interpretatiōe nominum a quo nomine Baracel Beatiſſime

pater/exiſtimo dictū eſſe virum illū/quē vulgo appellam⁹ Bara-
cello:nō autē a baronib⁹/vt nonulli volūt.habet.n.iuuenes arma
tos cū inſignibus puniēdi vt ipſi lictores. Philip.Ber.ait.Lictores
miniſtri ſunt magiſtratuū a ligādo appellati quod cum magiſtra-
tus populi Ro.virgis quēpiam verberari iuſſiſſent crura eius &
manus ligari vinciriq; a lictore ſoliti ſint auſtores ſunt Valgius
Ruffus & Gellius.
Erant & Cēſores primi.n.fuerūt.L.papirius Mucillan⁹.&.L.Sē-
pronius Actractiuus anno vrbis.ccc.x.p quinquenniū/quod tē-
pus luſtrum appellabāt:poſtea vero annuatim creabantur.
Erant & dictatores primus fuit.T.Largius aduerſus latinos poſt
Reges
Tribuni plebis erāt.x.poſtea.v.anno.xvii.poſt fugā Tarquinio-
rū.Erāt & tribuni militares in caſtris & Tribuni ærarii.Prætores
xviii.qui ſex lictores habebāt & ſellom:in principio vnus fuit pre
tor.Erat p̄fectus vrbis & p̄fectus annonæ.Erant curatores.xiiii.
vrbis ab Alexandro ſeuero inſtituti/quos audire negocia vrba-
na cum p̄fecto vrbis iuſſit Spar.auctor.Erat & præfectus Vigilū
tempore Auguſti inſtitutus ad incendia reprimenda.
Præfect⁹ prætorius erat apud Imperatorem/ qualis & magiſter
equitum apud Dictatorem.
Erat p̄fectus regionis/qui ēt comes primi ordinis erat: quem pri
mi pilum dicunt qui.clx.militibus præerat.
Erat & præfectus caſtrorū/cui obediebat præfectus Fabrorum.
Aediles plebei Currules erant/qui ludos faciebant.Erant & ædi
les qui cloacas & ædificia curabant.
Aediles vero cæreales creati ſunt a Iulio Cæſare/qui rei frumen
tarie præerant/vt noſtro tempore tua.S.inſtituit.Duoviri ſacro-
rum in legendis libris Sybillinis & duo viri quibus Tul.Hoſtil.
rex poteſtatem fecit iudicandi de capite apud Varronem/ Letum
q; Pomponium de ſcripta reperi de ipſis magiſtratibus.
Tres viri capitales / qui cognoſcebant criminū cauſas teſte Li-
uio lib.tertio.
Triū viri Coloniarū:ſup colonias officiū habentes Triū viratus
rei pub.vt fuit Marcus Antonius.Octauianus &.M.Lepidus.
Quinq; Viri:vt inquit Cecili⁹ lib.ii.epiſtolarū erāt:qui pro ma-
giſtratibus fungi poſſent:cum Veſpertinis horis magiſtratib⁹ in
pub.venire nō eſſet.Septē viri epularū i ſacrificiis& hi erāt ex ge
nere ſacerdotali pontificibus additi/ vt æpularum Cærimoniis

curarent.

Decem viri legum pro conſulibus creati fuere Anno Vrbis conditæ.cccix. Tertioq; depoſiti libidine Appii Claudii.

Centum viri:nã cũ eſſent Romæ. xxxv. tribus terni ex ſingulis tribubus ſunt edicti ad iudicãdum qui centum viri appellati ſunt & licet.v.amplius q̃ centum fuerint a facilitate numeri centũ viri dicti.Pli.in epiſtolis centum virales cãs tractaſſe ſe ſcribit.

Erãt & procuratores Cæſarũ & Iuriſperiti/& alii magiſtratus.

## De Templis Vrbis.

IN Vrbe multa erãt templa & Aræ atq; ædiculæ:vt habetur in regionibus.

Templũ Pantheon dedicatũ erat Ioui vltori & Cybeli & omnib⁹ diis:nũc vero deo æterno & Mariæ Vir. & omnibus Martiribus:vulgo ſancta Maria Rotunda cum porticu pulcherrima.M.Agrippæ in frontiſpitio cui⁹ viſuntur cubitales literæ cum hac inſcriptione.ſ.

M.AGRIPPA.F.L.COS.Tertium Fecit.

Sunt & aliæ minores literæ ibidem inciſe videlicet.

INP.CAEſar.L.Septimi⁹ Seuer⁹ Pi⁹Pertinax.Arabic⁹.Adiabenic⁹.Partic⁹.Põtif. Maxi.Tribu.Pot.xi. Cos.iii.P.P.Procos.Et IMP.CAESA.Mar. Aurelius Anto.Felix Augu. Trib.pot.v. Cos.Procos.Pantheã vetuſtate corruptã cũ oĩ cultu reſtituerũt.

Sunt & aliæ literæ corroſæ apud p̃dictas de inſtauratiõe facta ab Hadriano vt inqt Spartian⁹:poſtea vero a Lutio ſeuero & Mar. Aur.Ant.imperatorib⁹.In quo tẽplo erãt pauimẽta pulcherrima & colũne in capitibus e lapide ſyracuſano:altitudo tẽpli bracch. lxxvii.latitudo vero totidẽ:tegmen teſtudinis fuit ex laminis/nõ plũbeis(vt nũc)ſed argẽteis:quas laminas cũ argenteis vaſis ſubſtulit Cõſtãtinus nepos Acraclii veniens ad Vrbẽ.Erãt præterea in dicto tẽplo incruſtationes diuerſorũ lapidũ & aureæ ſtatuæ atq; eburneæ.Inter alias erat ſtatua Veneris in auribus/ cuius erat vnio maximæ taxatiõis/quæ olim Cleopatræ reginæ fuerat/quæ vno aucto cẽties ſextertiũ in cœna Antonii ebibit reſolutis in vaſe precioſis margaritis teſte Plinio lib.ix.

Tẽplũ magnæ matris deũ erat in palatio poſt bellum Macedonicum a.M.Iunio Bruto dedicatum in quo erant ſtatuæ pulcherrimæ & columnæ precioſæ cum pauimentis diuerſorum lapidum.

Templũ Victoriæ erat in palatio prædicto variis lapidibus & auro exornatũ/in quo ſtatua magnæ matris deum e græcia aducta poſita fuit/teſte Liuio in octauo cum alia ædicula Victoriæ virginis a Portio catone conſtructa.

Templũ pacis apud Forum Cæſaris edificatũ fuit a Veſpaſiano deæ ipſi⁹ Pacis. in quo clariſſima queq; artificũ opera dicata fuere mira celeritate ab ipſo Veſpaſiano: veſtigia cuius mirãda apud eccleſiam ſancte Mariæ Nouæ conſpiciũtur/qui coronas ex cinnamomo in terraſili auro incluſas primus omnium in templis capitolii & Pacis dicauit Veſpaſianus Aug. in quo templo erãt columne ingẽtes & ſtatuæ pulcherrimæ precioſis margaritis adornatæ. Titus & Veſpaſianus vaſa tẽpli hieroſolimitani cum vniuerſis donariis in templo Pacis conſtituerunt.

Templũ & ſacellum Pudicitiæ adhuc apparet integrum apud põtem. ſ. Mariæ ad honorem beatæ Mariæ ægyptiacæ dicatum/nõnulli volũt fuiſſe templũ Fortune ſiue Dianæ. Hæc duo templa ſ. Mariæ egyptiacæ & ſ. Stephani vnum in honorem Dianæ ſiue Auroræ. Alterũ vero Fortunæ.

Erat & ſacellũ pudicitiæ plebeæ cum ara in vico longo a Virgine plebea conſtructum.

Templũ Veſtæ nonnulli dicunt illud fuiſſe quod nunc dicatũ eſt ad honorẽ. ſ. Stephani a Syxto. iiii. inſtauratũ inter eccleſiã ſanctæ Mariæ in Coſmedim & Tyberim/videmus. n. in argẽteis æneiſq; nummis Mammæ genitricis Alexandri impera. & Liuiæ genitricis Aurelii Ant. Aedẽ veſtem ſculptam rotundam columnis in circuitu altare muniẽtibus/ vt eſt illud tamẽ a nõnullis putatur Matutæ ſiue Auroræ templum fuiſſe. Veſte vero vt placet Modeſto rotunda effigie erat inter Capitoliũ & palatiũ & in eo ſeruabatur perpetuus ignis. Credibile eſt Romulũ/qui in omnibus curis Veſtam eſſe voluit ſeparatim non poſuiſſe: eadẽ affirmat Raph. Volaterranus qui dicit dictum templum fuiſſe vbi nunc eſt eccleſia ſancte Mariæ libera nos a pœnis inferni. Pomponius lætus eadem confirmat qui lib. ii. ſcribit. Romæ in templo Veſtæ nuper reperto ad For. ro. in quadam marmorea baſi. DEDICATA. xiiii. kl. ian. Conſtantio. iii. & Maximiano. iii. Ceſs. Coſs. Curante Vur. Miceta.

Templum mineruæ vbi nunc eſt eccleſia ſanctæ Nariæ ſuper mineruam / veſtigia cuius in ædibus fratrum apparent/ in quo erat ſtatua ingẽs marmorea ipſius mineruæ & alia quã multa notãda.

Templũ Salutis in colle Quirinali a Fabio maximo depictũ/con ſtructũ vero a Iunio cẽſore qđ cõſul bello Sãnitic. vouerat.
Templũ felicitatis a Nerone combuſtũ vbi fuit domus aurea.
Templũ Spei erat in foro Holitorio variis exornatũ marmoribꝰ q̃uis nõnulli dicãt extra Vrbem fuiſſe ad primũ lapidẽ Via ſalaria a ſiniſtris exeũtibus: inter mœnia eĩ eſſe nõ poterat.
Templũ pietatis in cãpo martio vbi nũc eccl'ia ſancti Saluatoris de pietate ſeu de cupellis. Erat & templũ Pietatis apud Marcelli theatrũ/teſte Pli. C. Quintio & M. Attilio cõſulibus cõſecratũ fuiſſe in honorẽ Pietatis: in q° erat ſtatua aurea pietatis & in foro holitorio habebat aliud templũ dea Pietatis: teſte Pu. Vic.
Templũ Cõcordiæ ĩ arce a manilio p̃tore conſtructũ / in porticu cuiꝰ adhuc extãt octo ingẽtes colũnæ cũ inſcriptiõe. S.P.Q.R.
Erat templum Aeſculapii & cõcordiæ/quod Liuia cõſtruxit inter eccleſiam ſanctæ Mariæ Nouæ: & colloſſeum: veſtigia cuius in hortis fratrum apparent in quo Sardonicem gẽmam fuiſſe conſtat cornu aureo Auguſt. dono incluſam.
Erat & templum concordiæ in area Vulcani a Flauio conſtructum propter reconciliationem ordinis ſenat. & equeſt. variis picturis exornatum ex pecunia multatitia.
Templum bonæ deæ in Auẽtino a Claudia veſtali/poſtea vero a Liuia reſtitutum fuit/non longe fuit a ſaxo Auẽtini ad honorem Fatuæ caſtiſſimæ ſororis Fauni/vnde ingreſſus virorum prohibetur/& ei fœminæ tantum ſacrificabant.
Templum Libertatis in Auentino ex pecunia multatitia conſtructum fuit cum Aereis columnis & ſtatuis pulcherrimis.
Templum Iunonis in Auentino variis marmoribus & picturis exornatũ. Erat & templũ Iunonis Reginæ in vrbe a camillo dedicatum captis Veiis. Erat & templũ Iunonis monetæ in capitolio a monẽdo dict. vbi nũc Aedes cõſeruatoꝝ: non lõge a quo erat templũ telluris: vbi nũc eſt eccleſia. s. Saluatoris in tellude.
Templum Vulcani apud lacum curtium: ante quod pẽdebat Scyphus Romuli: non lõge a quo erat terræ hiatus in quo ſe demerſit curtius ornatus cum equo & peſtis vniuerſa vrbis euanuit.
Templum Herculis in Auentino: vbi nunc eſt eccleſia ſanctæ Priſcæ virginis.
Templum Hercu. victoris in Foro Boario erat rotũdum in quo loco repertum fuit ſimulachrum Herculis deauratum tempore Syxti. iiii. poſt eccleſiam ſanctæ Mariæ in coſmedim: vt apparet

in epythaphiis non longe a quo erat ara maxima.
Erat præterea templum Herculis victoris apud portam trigemi-nam:& in dorſo Quirinalis montis aliud temp. Herc. a ſiniſtris vero templũ Quirini & adhuc veſtigia ipſorꝶ viſuntur.
Apud circum maximum erat templũ Herculis iuſſu Sybillæ con ſtructum:in quo nec canes nec muſcæ ſtabãt. Ouidius.
Altera pars circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt.
Templum Iani in capitolio vbi nũc carcer Pub. claudebatur pa-cis tẽpore:aperiebaturq; fatiſcẽte bello.Vnum fuiſſe Ianum pri-ſcum Beroſus lib.v.Antiquit.ait plures vero poſteriores.
Ianum & Vertunum eũdem fuiſſe volũt id cõſonat & propria eo rum epitheta & interpretationes demonſtrãt auctore Annio Vi-terb.Ianus eñ vt ait Cicero & Macrobius lib.i.ſignificat quaſi canus ab eũdo dicitur quod eat & vertat cœlum & res omnes.
Apud Ianum eñ ſolum eſt omne ius vertẽdi cardines.
Erant multa loca Iani.vnde Ouidius.
Cum tot ſint Iani cur ſtas ſacratus in vnum?
In velabro ſic dicto a pecunia quæ nautis ibidem ſoluebatur.Eſt moles illa marmorea quadrata Iano dicata ſtatuiſq; diſpoliata.
Erant eñ iani ædificia fornicata & vndiq; peruia in oĩbus regio-nibus/in qbus Feneratores & menſarii cõueniebãt.Oratius.
Poſtq̃ res mea Ianum ad medium fracta eſt.
Fabius pictor ait prĩcipio Ianum inueniſſe vinũ & far ad religio nem & ſacrificia magis q̃ vſum & ob id ſibi farrata & vinũ in ſa-crificiis prelibari. Beroſus autem addit ꝙ ipſe dictus eſt a ſcythis lingua corꝶ Ianus quia primus in armenia inuenit vinũ.Aramea enim & hebrea lingua Iain vinũ dicitur teſte Io.annio Viterb. a quo Ianus vinifer deriuatur. Ergo aramen ianus græce æno-trius:dicitur latine vinifer & ab Iano ianua dicta eſt.
Templũ Fortunæ æq̃ſtris erat iuxta theatrũ/ſiue amphiteatrum.
In exquiliis erat templum Fortunæ malæ.
Erat & templum Fortunæ virilis iuxta lucũ nemoroſum/vbi vir gines a ſacerdotibus templi inſpiciebãtur.
Templum Fortunæ primogeniæ a Gneo Domitio prætore Vr-bano conſtructum fuit.
Templum Fortunæ in domũ auream incluſit Nero:ꝙ ex lapide phegynide tranſlucente ædificatum erat foribus clauſis clarita-tem diei intus haberet.Erat & ædis fortunæ a Ser.rege cõſtructa apud domum Auream quam Seiam appellãt.

Templũ Floræ in Quirinali: vbi fiebãt floralia de quo Martialis

Templum boni euẽtus apud Pãtheon variis colũnis exornatũ.

Templum Apollinis in Vaticano: vbi nunc eſt oratorium ſanctæ Petronillæ virg. coniũctum eccleſiæ ſancti Petri.

Erat & templum Apollinis in palatio a. C. Ceſare cõſtructum/ & aliud prope a Cæſare Auguſto.

Templum Caſtoris & Poll. in via ſacra in foro Ro. ſub palatio: vbi nunc eſt tabernaculum Vir. ad ponticulũ in quo loco effoſſa fuere veſtigia cum duabus tabulis marmoreis dedicatione ipſius teſte Pompo. læto/ qui eas vidiſſe affirmat. Nonnulli volũt fuiſſe vbi nunc eſt eccleſia ſancti Loy.

Templum Neptũni apud Tyberim ab Hadriano reſtitutum non longe ab eccleſia ſancti Blaſii de pan. fuiſſe. Raph. vol. ſcribit lapides cum titulis ibidem effoſſos vidiſſe.

Templmm Iſydis in quo loco Veſpaſianum & Titum Triũphatores nocte illa/ quæ triumphum preceſſit quieuiſſe dicũt/ vt Ioſephus & alii veſtigia cuius mirãda apparent in ædibus ornatiſſimis Car. ſanctæ Sabinæ/ q̃uis nonnulli dicãt apud eccleſiam ſanctæ Mariæ in equiro fuiſſe/ vbi adhuc viſuntur trescolũnæ ingẽtes in ædibus. D. Mauritii de Capranica.

Templum Iuturnæ erat in cãpo Martio apud aquam virgineam vbi nunc dicitur corrupto vocabulo Treghino. Ouidius.

Te quoqꝫ lux eadem Turni ſoror æde recepit.
  Hic vbi Virginea campus obitur aqua.

Templũ Fauſtinæ vxoris Hadriani: quã in anno imperii Hadrianus amiſit diuinis honoribus a Senatu coli delatis circẽſibus & flãmin. & tẽplo cũ aureis ſtatuis: vt adhuc veſtigia nõnulla extãt in eccleſia. ſ. Laurẽtii in mirãda vbi ingẽtes colũnæ cum hac inſcriptione apud eccleſiam ſanctoꝝ Coſ. & Dam. viſuntur.

DIVO ANTONINO ET DIVAE FAVSTINAE EX. S.C.

Templum Romuli in via ſacra vbi nunc eſt eccleſia ſanctorum Coſmæ & Damiani: Aliud habebat templum Romulus: vbi nũc eſt eccleſia ſancti Theodori apud palatiũ maius/ in quo loco Romulus & Remus expoſiti fuerũt in Alueolo qui locus dicebatur Germalum: teſte Varrone/ non lõge a quo erat Ruminalis ficus a rumine lupæ/ nõnulli Romularem ficum appellãt: vt Frãciſcus noſter Petrarcha in epiſtolis ad Io. Car. de Columna. Supra vero in capitolio e regione iſtoꝝ fuit Lupercal/ hoc eſt manſio lu-

pæ/ quæ nutriuit pueros:eius vero antrum erat ibi prope tres columnas non longe a palatio.

Erat & templum Romuli in Colle Quirinali & ipſe deus Quirinus appellatus eſt vnde & Quirites/ex cuius ſpoliis facti ſunt. cxxx.gradus marmorei apud eccleſiam ſanctæ Mariæ Ara Celi & capitolii anno chriſti. M.cccxlviii.die vero.xxv.Octob.

Templum Aeſculapii erat in Inſula Tyberina/ quod kal'. Ianuarii ſacratum fuiſſe dicunt vna cum delubro Iouis ibidem propinquo/ teſte Ouidio. Vt in lapide taxio adhuc nauis & dei Aeſculapii apparēt veſtigia ſculpta. Marmora thaſia nobiliſs. erant in inſulis Cicladibus:eſt enim maculoſum marmor: teſte Plinio & Papinio ſimiliter & in templo diui Laurentii extra muros in pulpito marmoreo nonnulla prædicti Dei ſcalpta viſuntur.habetur hiſtoria Aeſculapii ab ipſo Liuio libro primo.& Valerio libro.xi.in dicto templo ponebātur infirmi: quoniam deus erat ipſius medicinæ. Compoſitionem aduerſus animalia venenata inciſam lapide verſibus in limine ædis Aeſculapii refert Plinius ſe vidiſſe.noſtra vero ætate duo ibidem viſuntur templa ſup antiqua veſtigia:vnū in honorem Ioan.Bap. alterum vero diui Bartholomei Apoſtoli.de quo Bapt.Leo ait. Aeſculapio in inſula Tyberina templum locarunt:quod ægrotos aqua in primis indigere arbitrabantur. Alibi extra Vrbem ædem huic deo ponere aſſueſſe aiebat Plutharcus quod illic eſſet aer ſalubrior.Erat templum Rauēnateum & taberna meritoria vbi nūc eſt eccleſia ſanctæ Mariæ intrans tyberim de quo loco nonnulla ſcripſi in ſtationum opuſculo.

Templum Conſii: id eſt dei cōſiliorum vel Neptunni equeſtris fuit ante circum maximum ſub terram verſus forum Boarium. Duo numina ſubterranea ſolummodo habebāt templa Pluto.s. & Conſus/quia præeſt rebus inferis/quæ ſub terra ſunt.hic conſilio/ quod debet eſſe occultum : tamen templum Conſi deſcendebatur pluribus gradibus. Antiqui cū in omnia templa ingrediebantur per gradus.iii.aſcendendo/& in vnum tm̄ deſcendebant Conſi templum vt placet Pom.læ.

Templum ſolis fundauit in vrbe. Valerius Aurelianus Imp.non longe a turri Militiæ/quāuis nonnulli dicāt in ampliatione vrbis fundatum apud mœnia fuiſſe ab Aureliano: duoqꝫ fuiſſe templa Solis. Volaterranus dicit quidam exiſtimant eas eſſe ruinas/ quæ ſuper ædes colūnenſium apparent.

Templum Lunæ erat in Auentino perpulchrum nõ longe a quo erat templum commune Diane apud Eccleſiam ſanctæ Priſcæ.
Templum Martis in Vaticano vbi nunc eſt oratoriũ ſanctæ Mariæ de Febribus: tamen Cæſar Augu. extruxit ædem martis vltoris & ædem Iouis tonãtis in capitolio parietes cuius erant incruſtati numidico marmore.]
Templum Mercurii erat in regione. xi. cum ſtatua eius pulcherrima precioſis exornata margaritis.
Templum Iouis Feretri in capitolio vbi erat Quercus paſtorib⁹ ſacra primũ omnium Romæ ſacratum eſt auctore Liuio a Romulo ædificatũ/ vbi nunc eſt eccleſia. ſ. Mariæ Ara cæli.
Templum Iouis optimi maximi erat vbi nũc eſt eccleſia. ſ. Saluatoris in maximis.
Erat & templum Iouis magni capitolini quadratũ quoquo verſu pedibus centum altitud. vero. cl.
Erat & templum Iouis capitolini veteris apud Hortos Salluſtianos. Erat & templum Iouis ſtatoris a Romulo cõſtructũ poſt pugnam & reconciliationem Sabinorum vbi nunc eſt eccleſia. ſ. Nicolai in ſtatera.
Templum Iouis cuſtodis in capitolio a Domitiano cõſtructũ eſt
Templum Veneris & Cupidis ſimul iuncta in loco vbi nũc eſt eccleſia. ſ. Crucis in Hieruſalem.
Erat & templum Veneris apud circum maximum a. Q. Fabio ædificatum.
Templum Saturni in cliuo poſitum/ vbi erat ærariũ Ro. vbi nũc eſt eccleſia. ſ. Saluatoris in ærario/ habuit poſtea aliud templũ vbi nunc eſt eccleſia ſancti Hadriani marty.
Erant & alia tẽpla & aræ atq; ædiculæ in vrbe quæ omnia ne ſim prolixior omitto.
Extra vrbem vero erat templum Veneris Ericinæ extra collinam portam a. L. Portio dedicato veſtigia cuius diruta adhuc extant.
Erat aliud templũ Veneris Aericinæ in capitolio a. Q. Fabio maximo ædificatum. Attilius vero teſte Liuio ibidẽ tẽplũ Mẽtideæ ædificauit/ ac multis muneribus ditauit.
Via labicana erat templum Quietis.
Templum Bacchi erat apud eccleſiã. ſ. Agnetis extra muros/ vt adhuc picturæ antiquiſſimæ emuſiuo indicant.
Erat & templum Martis extra portam Capenam via Appia/ vnde equites Romani nonis quintilibus trabeati holearum ramos

dextera manu ferentes cum pōpa ibant ad templum Caſtoris & Poll.veluti ad Vrbem cum victoria redeuntes.

Templum mercurii erat ibi prope in quo ſacrificabant mercatores/vt periuriis abſoluerentur.

Erant & alia templa multa de quibus nullam facio mētionem breuitatis cauſa/de variis formis & locis templorum nonnulla ſcripſit Bapt.leo.lib.vii.

### De Bibliotecis & Baſilicis.

Bibliotecæ in vrbe fuerunt numero.xxviii.variis marmoribus & picturis exornatæ.

Auguſtus cæſar in monte Palatino pulcherrimā extruxit bibliotecam Latinam.ſ.& Græcam cum porticu/quæ Palatina dicebatur primaria inter omnes: in qua erat ſtatua Numeriani imperatoris a ſenatu poſita cum inſcriptione.ſ.Numeriano oratori potentiſſimo

Erat & ſtatua.M.Varronis viuentis teſte Pollione.

In capitolio erat biblioteca pulcherrima maiorū cura ſeruata pulcherrimis columnis & marmoribus exornata . Gordianꝰ Imp.bibliotecam maximam extruxit in vrbe: in qua ad ſexaginta duorū millia poſuit volumina.

Hadrianus vero imperator fecit bibliotecam pulcherrimam marmoreis exornata columnis/quæ Vlpia vocabatur apud thermas Dioclitianas auctore Pollione/in qua libros lyntheos & elephantinos principū geſta &.S.C.conſcripta poſuit.

Erat biblioteca Aſinii Pollionis Romæ/qui primus bibliot.dic.ingenia hominum rem pub.fecit.

Biblioteca Marcelli apud theatrū eius/quā Octauia mater poſt mortem ipſius ad honorem eius conſtruxit.

Biblioteca Pauli fuit magna & inter ingentia opera apud Forum alias vero bibliotecas/ne ſim prolixior obmittam.

Baſilica locꝰ erat vbi litigabāt romani/quæ ex binis cōſtabat porticibus: in primo.n.porticu ſtabant cauſidici: in ſecundo vero plebei & ſerui.

Baſilicæ principales.xii.erāt.videlicet.

Iulia.Vlpia & Pauli cū frigiis colūnis.Neſtini. Nætumii. Sicinini.Macidii.Portii.Floſcellii. Cōſtantini. Martiani & Væſcellarii/que oēs erāt exornatæ ſtatuis & columnis pulcherrimis/ veſtigia quarū haud facile diſcernuntur.Papiniꝰ de baſilica Pauli ait Sublimis regia Pauli. M.Ant.ſabel.expōit regiā id eſt baſilicā latine.

Baſilica Cōſtātiana erat apud viā latā. Portia vero apud Fo.Ro. a portio Catone.
Vlpia vero apud Thermas Dioclitianas/vbi & Biblioteca.

De Capitolio.

CApitoliū Tarquinius priſcus romanorum rex bello Sabino ædificaturum ſe vouerat ieceratq₃ fundamēta/poſtea vero Oratius puluillus Cōſul dedicauit. Interiecto deinde quadringentorum/& quindecim annoꝝ ſpacio igni conſumptū eſt. Cons. Appione & Norbano ꝑ bella ciuilia & mariana refectiōis curā victor Sylla ſuſcipit. Dedicatio aūt. p.Q. Catulum celebrata eſt/cuius nomē inter tāta Cæſarum opa vſq₃ ad tpa Vitellii imp. māſit Plutarc⁹ & Tacit⁹ auctores. Veſpaſian⁹ aūt imp. deformē; Vrbē ac dirutū Capitoliū veterib⁹ incendiis ac ruinis inueniēs/vacuas areas occupare & ædificare:/ſi poſſeſſores ceſſaſſent/cuicunq₃ permiſit: reſtitutionē Capitolii aggreſſus ruderib⁹ purgādis man⁹ prim⁹ admouit ærearūq₃ Tabularū tria millia/quæ ſimul cōfragrauerāt reſtituenda ſuſcepit: vndiq₃ inueſtigatis exēplarib⁹/in quib⁹ tabulis monimēta pub. cōtinebāť/vt inqt Polib⁹ lib. iii. E qb⁹ vnā vidi affixā in eccleſia lateranēſi apud maiorē capellā vt inferi⁹ dicā de legib⁹. Tum Heluidi⁹ ꝑtor præeunte pōtifice luſtrauit Areā capitolii precatus Iouem Iunonem & Mineruam Capitolinos deos/vt cepta proſperarent.
Tertio fuit dirutū & icēſum Capitoliū: a Domitiano refectū fuit magnificēti⁹ & elegāti⁹ q̄ antea fuiſſet: cuius impēſam duodecim millia Talētoꝝ exccediſſe dicit Plutarc⁹. Intelligēdū eſt de Talentis Romanorū. Talētū.n. atticū magnū habet auri lib. lxxxiii. Talētū vero paruū. lx. Romanū aūt lib. habet. lxx. tegulæ ipſi⁹ capitolii erāt æreæ/quas poſtea Catul⁹ deaurauit. Honori⁹ vero prim⁹ poſtea ad eccleſiā. ſ. Petri in Vaticanū trāſportare fecit/vt adhuc nlr̄æ ibidē viſūť. In dicto Capitolio erat arx fortiſſima capitolina variis exornata marmorib⁹ Erāt & tēpla deoꝝ & ſacella & areæ & alia q̄ plurima ædificia pub. habuit.n. ſupra ſexaginta tēpla & loca deoꝝ teſte Valerio maximo. In æde Veneris genitricis Cæſar Dictator ſex dactilotecas cōſecrauit teſte Plinio. & in templo martis Scyphos ferreos poſuit a Liuia vero Auguſta dicatū fuit vas criſtalli magnitudīs ampliſſimæ lib. qnquaginta. Null⁹.n. exiſtimare poſſet diuitias & ꝑciū atq₃ pulchritudinē ipſi⁹ capitolii ꝑropter aureas ſtatuas & gēmas cū aureis argēteiſq₃ vaſis tēploꝝ. Eutropius ait nullā ſibi niſi aureā & argēteā ſtatuā in capitolio paſſus eſt

poni.Pliniꝰ vero ſcribit regũ Ro.ſtatuas fuiſſe in capitolio Poſi-tas.Erat & argenteus anſer:& Cuſtos armorum Ianus. Erat præterea ſedes & domus omniũ triũphorũ:in quo loco Auguſtꝰ tri-butarium orbem vidit.

Deinde vero.L.Ant.cõmodi tpe capitoliũ fulmine ictũ vna cum egregia illa bibliotheca maiorũ cura parata crematᷣ. Aedes quoqꝫ in ꝓximo poſitæ eandẽ calamitatẽ ſenſere.Exortũ eſt deinde aliud incendiũ/quo & ædẽ Veſtæ & palatiũ bonaqꝫ vrbis pars exuſta eſt ac ſolo adæquata/vt veſtigia ſemiuſta indicãt. Extãt in capito lio fornices duplici ordine nouis inſerti ædificiis pub.ſalis rece-ptaculũ cum hac inſcriptione vetuſtate conſumpta.

Q.LVTATIVM.Q.F.ET.Q. Catulũ Coss.ſubſtructionem & tabulariũ de ſuo coerauiſſe.Poſt capitolium inter Septẽtrionẽ & Orientẽ eſt locꝰ buſta gallia dictus:vbi galli a Camillo interfecti fuerũt ibidẽqꝫ ſepulti:nũc vulgo diciᷣ portugallo:Erat & capito liũ vetus in mõte Quirinali multis ſtatuis & picturis exornatum veſtigia nõnulla fundamentorũ adhuc viſunᷣ/in quo loco effoſ-ſum fuit marmor cum his literis fractis.

NIL ESSE difficilius q̃ bene imperare.

De aſylo & turri militiæ.

ASylum nepotes Herculis Athenis ſibi primũ deæ Mi ſericordiæ cõſecrarũt. Aſylum quaſi a Syleo quod eſt inde extrahi nullus poſſet:vnde Romulus Romæ ape ruit aſylum / quod confugientibus illuc ſeruis liberiſ-ue tutiſſimum erat receptaculũ aſyli.Locꝰ fuit in Vrbe inter auẽ tinum & rupem tarpeiam apud ſaxũ prædictæ rupis inter duos lucos.teſte Dionyſio.Ouidius.

Romulus vt ſaxo locum circundedit alto
 Quilibet huc inquit confuge tutus eris.

Nonnulli volunt Aſylum fuiſſe templum illudquod nunc beatæ Mariæ ægyptiacæ dicatũ eſt.Tamen.Pon.lætus diuidit Tarpeiũ montem in duos Colles in capitolium.s.& Arcem:in medio erat vallis in qua fuit Aſylum templm inuiolabile & templum ve Iouis id eſt darui Iouis/in quo erat ſimulachrum eius cum ſagittis:vt inquit Gellius lib.v.

Turris militiæ eſt apud palatiũ Neruæ Impe.in qua milites Tra-iani principis continebantur:quæ plurimos habebat murorũ cir cuitus: vt adhuc in aliquibus locis apparent veſtigia: non longe a qua effoſſa fuere nonnulla marmora cum his literis inciſis.

Potiſſima dos in principe Liberalitas & Clementia.

Turris Mecēnatis in Exqliis marmorea/ quā nōnulli eā fuiſſe affirmant: quam dirutā videmus apud domum Car. de colūna: ſed ibi Flauie gētis ædes fuiſſe credo. Pōpo. lætus ac ipſe Poggius noſter flor. dicūt fuiſſe vltra thermas Diocliтianas verſus orientem non lōge ab eo loco: qui vulgo Buttedi Thermi dicitur/ in quo loco hoc anno multa marmora cum Tyburtinis lapidibus effoſſa fuere in parte eminētiori/ vt inde facile totā vrbem quiſq; videre poteſt. Petrus vero Marſus dicit eam Turrim fuiſſe vbi prius erāt pub. Oſtrinæ non lōge a templo diuæ Mariæ maioris vinitores huius memoriæ locum illum appellant foculum/ quas Mecēnas illic hortos ſuos cōſtituēs ſalubres reddidit/ in quo loco adhuc apparēt veſtigia Viuarii cū porta recluſa: nōnulli volunt apud eccleſiam Petri ad vincula fuiſſe ſuper quā turrim crudelis Nero ſpectabat Romæ incēdium. Suetonius ait: hoc incēdium e turre mecēnarica proſpectās & eſt quod ab ea parte circi ortum eſſe dicitur: quæ Palatino Celioq; mōtibus cōtigua erat. fuitq; tale incēdium. xiiii. kal. Sextilis q̄ die ſenones galli vrbem predictam incenderūt. Quem Mecēnatem increpabat. Oratius quod ædificando inſaniret.

Erant & aliæ turres multæ in Vrbe: veſtigia quarū haud facile diſcernuntur.

De porticibus & labris porphireticis.

CAeſar Auguſtus in monte Palatino fecerat porticum variis exornatam marmoribus atq; picturis / quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatū habuit decuriaſq; iudicum recognouit.

Erat porticus GN. Octauii in cāpo Martio non lōge a Circo flāminio: quā duplicem fecerat: quæ qdem Corinthia appellabatur cum æreis capitulis colūnarū mirabile viſu / mille pedum ſpatio: & ex oppoſito. alia erat ſimiliter mille pedum æqualiter/ vt ſcribit Iunius Capitolinus in rebus geſtis. Gordianorū Auguſtum inſtituiſſe porticum in cāpo martis ſub colle pedū mille: ita vt ab altera parte mille pedū porticus fieret atq; inter eas ſpatiū hinc atq; inde viridaria eſſent lauro mirtho & buſſo frequentata: medium vero licoſtratium breuibus colūnis intrinſecus poſitis: & ſingulis per pedū mille/ quod eſſet deambulatoriū/ ita vt in capite eſſet baſilica ped. quingētorū. Cogitauerat præterea cum Miſitheo: vt poſt baſilicam. Thermas extiuas ſui noīs faceret: ita vt hyemma-

les & alia q̃ plura ſumptuoſa ædificia. veſtigia adhuc apparẽt in radicibus collis Pincii.

Porticus Neruæ erat apud forum eius cum excelſis colũnis va-riis coloribus mixtis e quibus hoc anno effoſſas vidi nonnullas fractas. Porticus Liuiæ apud templum Pacis variis picturis & ſta tuis exornata/ de qua mẽtionem facit Ouidius lib. vi.

Erat & porticus Antonini & Fauſtinæ pulcherrima non lõge a templo in foro variis exornata marmoribus.

Erat & portic⁹ ædis Mercurii/ q̃ adhuc ſemidiruta apparet apud eccleſiam Michael'. Archãgeli in piſcaria cũ hac inſcriptiõe. ſ.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTI NAX Augu. Arabic. Adiabenic. parthic. Maximus pontifex. Trib. Pot. xi. Cos. iii. Et IMP. CAES. M. Aurelius Ant. Pius fœlix. Pont. Max. Trib. Pot. vi. Cos. procos. PP. incendio con-ſumptam reſtituerunt.

Porticus ædis Concordiæ in Capitolio/ de qua Poggius Flor. ait. Capitolio contigua forum verſus ſupereſt porticus ædis cõ-cordiæ: quam cum primũ ad vrbem acceſſi vidi ferme integram opere marmoreo admodum ſpecioſo/ cum inſcriptione quæ ad-huc ſuper colũnas ingentes legitur.

S. P. Q. R. INcendio conſumptum reſtituit.

Erat & porticus Metelli pulcherrima cum ſtatua Corneliæ Grac chorum matris.

Erat & porticus Conſtãtini & Philippi & Iuliæ atq; Octauiæ/ vt habetur in regionibus. Omitto porticũ Pãtheon a. M. Agrippa conſtructum cũ admirabilibus colũnis vt dixi in tẽplo eius / de qua port. Bap. Leo ait. Extãt in hãc vſq; diem ad porticũ Agrip pæ contiguationes æneis tabulis pedum. xl. Opus in quo ne-ſcias impenſam ne magis an artificis ingenium mirere.

In eccleſia & platea lateranẽſi ſunt nõnulla vaſa porphiretica.

In platea ſanctæ Mariæ Rotũdæ eſt vas porphireticum cũ alio paruo miræ pulchritudinis.

In eccleſia ſancti Petri & Mariæ maioris & ſanctoꝝ ap'orum & in plateis ipſaꝝ ſunt labra porphiretica maximæ pulchritudinis.

In platea. ſ. Saluatoris de Lauro & ſ. Petri ad vincula & Euſtachii & in Vaticano ſunt vaſa marmorea & mixta maximæ capacitatis ſimul cum pulchritudine.

Omitto ea quæ ſunt in ædibus colũnenſium fundatis a tua beati tudine. In ædibus Butii eſt vas porphireticum cum puteo mar-

morco variis coloribus mixto cum his literis inciſis.

CVR NESSIBVS Algeo & Brumatepeo.

In multis eccleſiis ſunt vaſa diuerſa & labra e lapide Porphiretico in quibus ſunt reliquiæ multoꝝ ſanctoꝝ & ſanctaꝝ dei vt apparet in eccleſia.xii.apoſtoloꝝ & ſancti Marcelli.

Omitto labrum porphireticum in Veſtibulo ſancti Petri in quo iacet corpus Octonis.ii. Impe.& in eccleſia ſanctæ Mariæ maioris/ in quo fundator eccleſiæ poſitus eſt / vt dicam in ſepulchris memorandis.

Omitto præterea vaſa quæ ſunt in loco Beluidere nuncupato & aliorum locoꝝ extra vrbem ipſam.

De Tropheis & colūnis memorādis.

TRophea Caii marii de Iugurtha deq; Cymbris/ atq; Theutonis apud eccleſiam ſancti Euſebii ſemidiruta viſuntur/& Cymbria vocātur/ quæ a.C.Cæſare inſtaurata fuere cum a Sylla fuiſſent diſiecta:teſte Suetonio.

Ibidem in marmorib⁹ vetuſtiſſimis adhuc apparēt Galeæ & Thoraces cū clipleis ſculptæ.Erāt eñ romæ ī plurib⁹ locis Throphea quæ ſunt ſpolia hoſtib⁹ adēpta/q̃ quidem erāt in poteſtate Iouis & figebātur in locis eminētioribus in ſtipitib⁹:teſte Seruio.

In foro Traiani eſt colūna coclidis marmorea miræ pulchritudinis pedum.cxxviii. q̃ vt melius circunſpiceretur ipſe Traianus Imp.partem Quirinalis mōtis/vt patet in eius inſcriptione/ſolo adequauit:in qua ſculptæ ſunt Victoriæ & res geſtæ ab ipſo Traiano:per medium colūnæ ſunt gradus in eodem marmore ſculp. a baſe vſq; ad culmen/qui gradus ſunt numero.clxxxv.foramina ſiue ſpiracula.xlv.inſcriptio vero talis eſt.

S.P.Q.R. Imp.Cæſari diui Neruæ.F. Neruæ Traiano Aug. Germanic.Dagico.pont.max.Trib.pot.xvii.Cos.vi.p.p.ad declarādum quāte altitudinis mons & locus ſit ægeſtus.

Super columnam prædictam Traiani oſſa in vrnam auream collocata fuere anno xp̄i.cxviii.

Senatus poſtea elapſis annis duobus Traianum in deos refert.

Eſt & alia columna maior Coclidis in cāpo Martio quæ Antoniana vocatur altitudo ped.clxxvi.cum gradibus marmoreis intrinſecus.ccvi.& ſpiraculis.lvi.in qua victoriæ & res geſtæ Ant. imp.ſculptæ viſuntur miro artificio.

Erat & colūna porphiria coclidis:quā.M.Flaui⁹ Val.Cōſtātin⁹ ex vrbe Ro.Cōſtātinopolim trāſferri iuſſit/& locari in foro ſuper

quã Colloſſum æneum admirãdæ magnitudinis poſuit: necnon & clauũ ſaluatoris mũdi. ſtatua poſt multos ãnos regnãte Alexio cognomẽto Comeno cecidit violẽtia vẽtorꝝ deiecta teſte Põ. læ. Erat in foro colũna ſolida marmorea numidic lapidis. xx. pedũ in qua ſculptũ erat a popu. Ro. in honorem Iulii Cæſaris.

PATRI PATRIAE.

Non longe erat ab Auguſta martis campi alia columna cumeadem inſcriptione.

Erat & columna menia in foro prædicto quæ menio conceſſa eſt/ vnde ludos ſpectaret.

Erat præterea in foro colũna milliaria Milliariũ proprie ſignum erat/ vnde principiũ itineris ad oẽs portas vrbis capiebatur.

In circo maximo erat colũna bellica: ad quam Romani ad bella profecturi haſtam proiiciebant eam partem verſus in quam ituri erant. Ouidius.

Proſpicit a tergo ſummum breuis area circum
 Eſt ibi non paruæ/parua columna notæ.
Hinc ſolet aſta manu belli prænuntia mitti
 In regem & gentes: cum placet arma capi.

In foro Holitorio erat columna lactaria( q̃uis Tortelius dicat in foro Boario) ad quã infantes lacte alẽdos deferũtur.

Erant in Vrbe aliæ multæ columne ingentes & memorande: vt extat adhuc in Thermis & monte citatorio & tẽplo pacis & porticu Mariæ rotundæ.

Omitto eas quæ ſunt in Lateranenſi baſilica & ſanctorꝝ Petri & Pauli & aliarum eccleſiarꝝ Vrbis cum aliis columnis paruis miræ pulchritudinis/ vt apparet in eccleſia Mariæ nouæ & Hadriani Griſogoni & ſanctæ Sabinæ & Euſebini & Coſmæ & Damiani & Ioan. & Pauli & Agnetis extra vrbem.

Omitto p̃terea duas ingẽtes colũnas Eccleſiæ ſancti Petri: quas Paulus. ii. Venetus aiebat plus valere q̃ tota Venetiarꝝ ciuitas. Sunt p̃terea in eccleſia ſanctæ Mariæ de Ara cœli nõnullæ colũnæ miræ pulchritudinis. In tertia vero colũna dictæ eccleſiæ apparent literæ cubitales inciſæ. s.

A CVBICVLO AVGVSTORVM.

Erant in Vrbe aliæ multæ colũnæ maximæ exiſtimationis & pulchritudinis: quæ hodie ſemiuſtæ dirutæq́ꝫ plurimis in locis viſuntur maculis diuerſorꝝ colorum exornatæ.

De Arcubus Triumphalibus.

IN vrbe erant arcus marmorei triũphales appellari nu
mero.xxxvi. qui ſiebant imperatoribus ſeu ciuibus re
deuntibus cum victoria:in quibus erant ſculptæ victo
riæ & ſtatuæ ipſorum triumphantium/ quos arcus.S.
P.Q.R.e marmore cum literis ad perpetuam rei memoriã & ſem=
piternam famam triumphantium extruxerat.

Arcus veteres lateritios Romuli/ nunq̃ paſſi ſunt/ florentes po=
ſtea opibus Romani in marmoreos mutari ne conditoris Vrbis
memoria deperiret/quos collapſos vidi apud eccleſiam.s.Mariæ
Gratiarum.

Erat arcus triumphalis marmoreus Oratii Coclidis quem a fun=
damentis Io. Blõdus excidi ſe vidiſſe dixit ad radices auẽtini cũ
inſcriptione dirupta.

Erat arcus pulcherrimus multis ſtatuis & columnis marmoreis
exornatus ad honorem Iulii cæſaris non longe a templo pacis.

Erat præterea triumphalis arcus Diui auguſti non longe ab arcu
Domitiani in quo erant ſculptæ victoriæ & res geſtæ per eum.
Tres.n.habuit/teſte Seruio/triumphos.

Diuus autẽ Hieronymus Doctor Eccleſie ſcribit. auguſtum cele
brata de.M.antonio Victoria Romã repedaſſe ducentem ſecũ in
finitum captiuorum numerum & antiquorũ Tholomeorum om=
nium gazas/vt nec ante nec poſtea tanta copia auri/argenti/gẽ=
marumq; Romam aducta fuiſſe noſcatur.

Arcus Domitiani eſt apud eccleſiam.ſ. Laurentii in Lucina/ qui
marmoreis lapidibus erat incruſtatus cum.iiii.pulcherrimis colũ
nis in prima facie variis coloribus naturalibus mixtis:vt veſtigia
adhuc indicãt cũ ſtatua Domitiani vt inquit Suetonius. Statura
procerũ.Nõ lõge a quo erat arcus.C.Marii q̃uis nonnulli velint
ſupradictũ arcũ Domitiani fuiſſe poſtea diſiectum cũ tropheis a
Sylla ſiue Sulla/vt placet pomp.læ.tempore cuius inter auguſtã
& eccleſiam.ſ.Thomæ in vinea fratrum.ſ.Mariæ de populo poſi=
tam effoſſa fuere multa marmora cũ ſtatuis & columnis dirutis.
cum lapide marmoreo & ſemidiruta inſcriptione videlicet.

Vgur TR.Mil.Extra
Iugurtha Rege numid.
Triumphans in
Ante currum ſuum
SVL.apſens creatus.
Norum exercitum

imbros fugauit ex in eis.& hauit.rem pub.turbatam.

In fine lapidis eſt fractura cum apicibus literarum.quē lapidē vidi in Quirinali in ædibus Pompo.læti a lapicida quodā flor.emptam auctore Andrea Fuluio prænestino viro doctiss.Pōponiiq; amiciss.auditori.fragmenta cuius repperi in alio loco: ex quo facile coniecturā facio illiꝰ dictionis Sul non pro ſylla/ vt pomponio placet:cui fragmenta erant incognita/ſed pro Con.dictione ſaluo ſemper iudicio aliorū:nullū vnq̄ reprehendi authorem nec Pom.ipſum cui gratias infinitas ago reprehēdo:qui dixit Sullam non ſyllam ſcribere debemus/in qua opinione ſemper ante fragmenti reperti noticiam fui:Literæ fragmentorum hæ ſunt.

C.Marii.
Cos.VII.
Q.A.
Cos geſtis cum cepit.
duci iuſſit.
IIII.Conſul.Theuto
deleuit.V.Conſul.C.
Theutonis iterum triump.
Seditionibus ex.P.L.& prætor.V.Q.armati.
Capitolium occupauerunt.VI.Conſul.
vindicauit poſt.lxx.annū.patria per arma ciuilia.pulſus armis reſtitutꝰ.VII.Cōſul factꝰ eſt de manubiis cimbricis & Theutonis.

C.Marius.
PR.PL.
Vrbem cum
in ſecundo conſulatu.
III.Con.

Erāt & alia fragmēta e quibus nil certi cōprehēdere potui/ quas quidē literas per ordinē in epyth.opuſculo cōnectam. Quintilianus lib.primo ſcribit Sullā mathematicū doctorē ſubtilē origines mille nominum ſcrutaturū vnde ſullæ dicti ſint.

Hæc de ſylla & ſulla dixiſſe volui redeamus ad inceptū.In predictis arcubꝰ erāt ſculpta ornamenta triumphalia.i.coronæ aureæ. Sella curulis & patera aurea cum toga picta & palmata tunica:de quibus apud Liuium.

Eſt arcꝰ marmoreꝰ Titi & Veſpaſiani apud eccleſiam.ſ.Mariæ nouæ/in quo ſculptæ ſunt victoriæ cum arca fœderis & candelabro & arca fœderis ſpolia ciuitatis Hieroſolymitanæ:ab altera pte viſunt̃ inſignia Romanorum cum faſcibus.xii.& ſecuribꝰ cōſulum in quo arcu eſt hæc inſcriptio.

SENATVS POPVLVS.Q.ROMANVS. Diuo Tito Diui Veſpaſiani.F.Veſpaſiano Auguſto Quæ oīa fuerūt tpe Cleti pri

mi.PP.Conſulibus Domitiano & Ruffo/nam capta Hieruſalem euerſiſq; hieroſolymis ad ſexaginta millia hominũ interfecta re‑feruntur.licet Ioſephus iudeus hiſtoricus vndecies centena mil‑lia ferro ac fame eo bello periiſſe ſcribat: captaq; ad centũ mil.ac pub.venundata/vt autem tanta multitudo hieroſolymis reperire tur cauſam azimorum fuiſſe refert.ex omni enim gẽte iudea ad tẽ‑plum confluẽtes Vrbem quaſi carcere ſunt incluſi.oportuit enim diebus paſcæ illos pati/in quibus ſaluatorẽ mũdi cruci affixerũt.
Arcus Galieni Imp.eſt apud macellũ Lydiæ vulgo arcus.ſ.Viti ob propinquitatem eccleſie ſanctorum Viti & Modeſti.eſt.n.con ſtructus e lapide Tyburtino cum hac inſcriptione.

GALIENO Clementiſſimo Principi.
Cuius inuicta virtus ſola pietate ſuperata eſt.
Marcus Aurelius Victor dedicatiſſimi. Numini maieſtatiq; eius.

Eſt & arcus marmoreus Triumphalis pulcherrimis Seueri impe‑ra.ſub capitolio:in quo ſunt Victoriæ ſculptæ ipſius Seueri cum arietibus & bellorum machinis illius ætatis cum hac inſcriptione

IMP.CAES. LVCIO SEPTIMIO.M.FIL. SEVERO. PIO PERTINACI AVG.PATRI Patriæ.Parthico Ara‑bico & parthico Adiabenico Pontific.maximo.Tribunic.poſt.xi. Imp.xi.Cos.iiii.Procos. Et.
Imp.Cæs.M.Aurelio.L:Fil.L.Antonino augu.pio Felici tribu‑nic.potes.vi.Cos.Procos.P.P.optimis fortiſſimiſq; principib⁹. Ob rem publicã reſtitutã imperiumq; populi romani propagatũ inſignibus virtutibus eorum domi foriſq;.S.P.Q.R.

Apud Colloſſeum eſt arcus marmoreus triumphalis Fl. Conſtan tini imp.cum ſtatuis & Tropheis miro artificio ſculptis & ferculis quibus nunc vtuntur in triumpho ſaluatoris in vigilia aſſumptio nis Diuæ Vir.Mariæ cum hac inſcriptione.

Imp.Cæs.F.Conſtantini maximi.P.F.auguſto.
S.P.Q.R.quod inſtinctu diuinitatis mentis magnitudine cum exercitu ſuo tam de Tyranno/q̃ de omni eius factione vno tpe iu ſtis rempub.vltus eſt armis Arcum triumphi inſignem dicauit.

Sunt & nõnullæ breues ĩſcriptiões ĩ circulis ſculptis cũ his literis
VOTIS.XX. SIC.X.
In introitu ipſius arcus eſt hæc inſcriptio.
FVNDATORI Quietis.
Ab alia parte eſt altera cum his literis.
LIBERATORI Vrbis.

Eſt arcus marmoreus Gordiani imper. apud portam inter agge-
res non longe a Viminale porta veſtigia cuius diſpoliata viſun-
tur cuius marmora Reuerendiſſimus Rap. Car. s. geor. detulit ad
ſuas ædes conficiendas Eſt præterea arcus Camilli in platea vul-
go camilliana dicta non longe a minerua ſtatuis diſpoliatus atq;
marmoribus nō lōge a quo erat & alter arcus ex tyburtino lapi-
de conſtructo. Dicūt præterea Romæ in arcu marmoreo iuſſu ſy
billæ infraſcriptas literas fuiſſe.

P.P.P.P.s.s.s.V.V.V.V.V.V.V.E.F.F.F.

Quas Beda declarauit.

Erant & alii arcus triumphales in Via lata & flamminea veſtigia
quorum haud facile cognoſcuntur.

Erāt p̄terea arcus triumphales Theodoſii & Gratiani & Valētini
& Pauli æmilii & Fabiani & alioꝝ fūdamēta quoꝝ nr̄o tp̄e/ptim
in nouis fabricis partim vero lachrymabile dictu in coquēda cal-
ce tranſlata ſunt. Vidi præterea infracto lapide cuiuſdam lapidi-
cæ has literas inciſas.

Miſitheo Parenti Principum. P.R. Tutori Reſp. S.P.Q.R.

## De Colloſſis.

IN Capitolio erat Colloſſus Appollinis .xxx. cubitoꝝ
cxl. Talentis factū/quē Lucullꝰ ex Apollonia pōti in
vrbē trāſtulit. Talis in cāpo martio Iuppiter a claudio
Cæſ. dicatꝰ/q & Pōpcianꝰ vocabat̃ a vicinitate thea.
Viſus eſt & Romæ Apollinis colloſſus in biblioteca
templi Auguſti quinquaginta pedū a pollice non minus pulchri
tudine q̃ ære ſpectabilis.

Eſt p̄terea ꝓpe porticū mineruæ ī horto cuiuſdā ciuis Ro. ſtatua
fracta/caput cuiꝰ adhuc ītegrū apparet tātæq; magnitudīs/vt oīa
ſigna Vrbis excedat: Patronꝰ horti ſtrepitū adeūtiū ptęſus ſuper
impoſuit humū. Poggius auctor.

Erat & colloſſus magnꝰ in regione .iiii. habens radios octo ſingu
los ped. xxii. & ſemis.

Erat in foro colloſſus Domitiani æneus.

Erat & colloſſus cōmodi Anto. augu. altitudo cuius erat cubitū
tricenum: vt adhuc marmoreum caput cū pedibus in Cōſeruato
rum ædibus apparet.

SP. Coruilius victis ſamnitibus fecit iouis ſtatuā in capitolio col
locare amplitudinem cuius cernebatur ab ioue Latiario cum ſta-
tua ſua ante pedes prædicti iouis poſita.

zenodorus ſtatuarius fecit ſtatuam Mercurii aluernis in ciuitate Galliæ per annos.x.ped.cccc. Romã deinde accitus eſt a Nerone: vbi deſtinatũ illius prĩcipis coloſſum fecit.cx.pedum: q̃uis Trãquillus.cxx.dicat/ quem poſuit in veſtibulo domus aureæ.
In via Cornelii apud equos Tyridatis regis armenioꝝ viſuntur duæ ingẽtes ſtatue Saturni.s.& Bacchi q̃uis Neptũni nonnulli velint iacẽtes corpore capitaq; ſubſtentãtes ac manu dextra copiæ cornum tenẽtes/ vt inquit Apollodorus.
Erant in vrbe multæ aliæ ſtatuæ ingẽtes vt adhuc in cãpo Martio apud eccleſiã ſanctæ Mariæ & in ædibus Reuerẽdiſſimi Car. ſancti Georgii: nõnullæ integræ viſuntur.

De Statuis & picturis.

IN Vrbe tot erãt ſtatuæ in pub.locis & priuatis quot ciues. Nec tamen potuit inhiberi quo minus Romæ ponerẽtur ſtatuæ mulierum: ſicuti Corneliæ Gracchorum matri: ſedẽs eñ huic poſita ſtatua inſignis in metelli publica porticu/ & in ſumma ſacra via: teſte Liuio fuit poſita Coclis virginis ſtatua inſidẽs equo. Strabo dicit. poſteri vero & hi præſertim qui noſtris fuere tẽporibus innumerabilibus & preclariſſimis vrbem Ro. impleuerũt inſignibus.
Polycletus ſycaonius Agelidis Diſcipulus Diadumenum fecit molliter inuicem centum talẽtis nobilitatum. Item & Doriſolum viriliter puerum: fecit & quem canona artifices vocãt liniamenta artis ex eo petentes velut a lege quadam: fecit & diſtringẽtem ſequen. M. Agrippa ante Thermas ſuas dicauit / multaq; alia in atrio Titi imp. quo opere nullum abſolutius pleriq; iudicarũt: fecit & duos pueros nudos ludẽtes & Mercurium atq; Herculem antheum a terra ſubſtinentem / quem puto fuiſſe truncum fracti marmoris illius ſtatuæ marmoreæ in Vaticanum a tua ſanctitate tranſlate. fecit & alium Herculem/ qui erat in æde Pompei apud circum maximum. Viſuntur & noſtro tẽpore celebres equi marmorei cum aurigis vetuſtate cõſumpti a Fidia & praxitele ſcultoribus præclariſſimis: vt apparet in literis ibidem inciſis.

OPVS FIDIAE.
OPVS PRAXITELIS.

In vrbe.xxii.prĩcipales equos marmoreos fuiſſe fertur e quibus caput cum collo vnius vidi fractum apud eccleſiam ſancti Thomæ non longe a platea iudeorum.
Fecit & Proſerpine raptũ Praxiteles & ære & Bacchũ & ſaty-

rum miro artificio & alia q̃ plura ſigna poſita in porticu Octauiæ primus Romæ fecit ſpeculũ argenteum miræ pulchritudinis.

In æde Iunonis erat imago ipſius Iunonis a Dionyſio & policleto facta & pana & olympum luctãtes eodẽq; loco.

Heliodorus Venerem fecerat lauãtem ſe & Dedalum aſtantem miro artificio.

Quid dicã de pulcherrima ſtatua Apollinis/q̃ viua (vt ſic dicã) apparet: quã tua beatitudo in Vaticanum trãſtulit: apud quã eſt Veneris ſtatua cum alato cupidine paruulo in eodem marmore ſculpto cum his literis.

VENERI Felici. SACRVM
SALLVSTIA HELPIDVS. DD.

Non tacebo Lacohontis ſtatuã pulcherrimam/quam ꝓpriis oculis aſpexi inuẽtam anno.iii.tuæ ſanctitatis in loco Beluidere collocatam: de qua Plinius lib.xxxvi.cap.v.circa finem dicit.

Sicut in lacohõte/qui eſt in Titi imp. Domo opus oĩbus & picturæ & ſtatuariæ artis præponẽdum ex vno lapide eum & liberos: draconum ve mirabiles nexus de cõſilii ſentẽtia fecere ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Athenodorus Rhodii.

Nec obmittam aliam ſtatuam Paulo poſt inuentam apud campum flore/a plebe Herculis cum puero vocata: quam tua ſanctitas in ædibus palatinis collocauit apud Ianuam porticus ſuper Viridarium cum Epitaphio.

PROCVL ESTE PROPHANI.

Quæ quidem eſt ſtatua Cõmodi ĩpatoris imitãtis Herculem Hylam puerum tenentem cum pelle Leonis. Craterus vero cum Pithodoro Domos Palatinas repleuere ꝓbatiſſimis ſignis.

Eſt p̃terea in ædibus Conſeruatoꝝ Herculis ænei ſimulachrum cum aliis nõnullis ſtatuis æneis/& lupa ænea cũ Remo: & Romulo/& alia q̃ plura ro.monimenta cũ duobus pulcherrimis tabulis lucẽtibus miræ pulchritudinis & artifici ibidem viſuntur.

Obmitto caput Aeneum colloſſi cũ pede & manu ibidem poſitũ & caput æneum turritũ in viridario palatii ſancti Marci.

Omitto p̃terea marmora & lapides porphiretic. diuerſoꝝ coloꝝ ſeptaq; in ſtatuis pictoꝝ more reducta vt apparet ĩ porticu.ſ.Petri &.ſ.Matiæ trãſtyberinæ & in eccl'ia.ſ.Andreæ miro artificio incruſtata vt dixi ĩ ſtationibꝰ vrbis/& ĩ eccl'ia.ſ.Luciæ in ſilice/in q̄bus eccleſiis picturæ aĩalium auiũq; ac ſi e muſiuo & pictura eſſent depictæ viſuntur. ſpolia tẽploꝝ & thermaꝝ Ro.

Inter Capitolium & palatium erant.xiii. Columnæ marmoreæ cum ſtatua equeſtri aurea Domitiani ſub cuius pedibus erat Rhennus fluuius Germaniæ de qua triũphauit.
Erat Traiani equus Aeneus in atrio cui⁹ inſtar alterum ſibi fieri Conſtãtinopolim Conſtãtinus petebat ab Hormiſda architecto/ quem ſecum duxerat/cui Hormiſda/ſtabulum quoq; tale cõdas oportet/ſi voles equum late ſuccedere.
Erat in vrbe equus aureus Conſtãtini apud fo. ro. vt apparet in regione.viii.
M. Aelius aurelius Ant.educatus fuit in monte Cælio apud Lateranenſe palatium/ in quo loco fecit ſtatuam eius pacificatoris equeſtrem: vulgo equus Conſtantini dicitur in platea ſancti Ioannis lateranẽ. quam Syxtus.iiii.cum ingẽti baſe marmorea variis inſignibus ſculpta inſtaurauit cũ hac inſcriptione.
Syxtus.iiii. Pont.max.equum hũc Aeneum vetuſtate quaſſatum collabentem cum aſſeſſore reſtituit.
In vrbe fuerũt equi Aenei deaurati numero.xxiiii.
Eburnei vero. xciiii. Tabulæ & ſigna ſine numero.
Omitto ſtatuas deorum numero. lxxx. Dei vero eburnei.l.ſtatuæ eburneæ numero.lxiiii. marmorei vero ſine numero margaritis & vnionibus exornati.
Nunq̃ Iulius cæſar/beatiſſime pater Iulii/ In illud gloriæ culmen aſcẽdiſſet niſi mirari & imitari Mariũ ab adoleſcẽtia didiciſſet: qn & Alex. ꝓfuit imago in tẽplo Herculis ghadibus cõſpecta: qua mox ad cupiditatem magnas res agẽdi/non exarſit modo / ſed vt ait Trãquillus ĩgemuit. ꝓfecto ſi ſtatuæ illuſtriũ poſſunt (vt inqt Fran. Petrarcha) nobiles aĩos ad imitãdi ſtudiũ accẽdere. Quod Q. Fabiũ max.&. Q. Corn. Scipionem dicere ſolitos/Criſpus refert. Quãto magis ipſa virtus hoc efficit: claro dum ꝓponitur/ non marmore ſed exemplo? Quæ qdem oĩa ſanctitas tua/vt alter Iulius cæſar virtuti ꝓpria immẽſoq; labore ad ſummũ imperium deuictis hoſtibus potẽtiſſimis ꝑuenit: ſed vt cepta ꝓſequar beatiſſime pater. In ædibus colũnẽſium & vrſinoꝝ ſabellorũq; ſunt multæ ſtatuæ. Omitto multas in ædibus cæſarinis & mediceis. Diac. Car. & in palatio Pauli Veneti in quo multa ſigna marmorea poſuit Reuerẽdiſſimus Do.de Grimanis vir doctiſſimus.
In domo ſaxea apud parionem ſunt ſtatuæ pulcherrimæ marmoreæ & porphiretico lapide ſculptæ cum capite & titulo magni Pompei. Sunt præterea in ædibus Laurẽtii manilii & ſanctæ Cru

cis & de branca & ciampolinis non longe a platea Iudeoꝝ ſta-
tuæ inſignes. Sunt deniqꝫ in ædibus de maximis & de valle atqꝫ
porchariis. mellinis & mapheis atqꝫ butiis non longe a Mineruа
ſtatuæ cum epithaphiis ro.

Omitto crologium & menſes duodecim in lapide marmoreo
cum ſignis zodiaci & feſtis deoꝝ ſculptum apud domum Vall'.
& in domibus Palauicin̄. in cāpo Martio: maximo artificio inci-
ſa viſuntur feſta & alia notāda.

Omitto nōnullas ſtatuas apud aquam Virgineā in regione Tri-
uii in ædibus Fricapan. & turris Roſciæ & Iulii de thomais apud
eccleſiam. ſ. Euſtachii: & de Capharellis & alioꝝ Ro.

Vidi pꝫterea in ciuitate Viterb. ſtatuas vetuſtiss. repertas in colle
cybelario. Cybelis. Iaſii. Armoniæ. Veſtalis & Electræ de quibus
a Ioan. Viterb. ſatis dictum eſt: vt in codice Hieronymi carbon̄.
de Viterb. vidi cū poſtillis manu ꝑpria Io. annii Viterben. de q-
bus nōnulla dicā in epitha. opuſculo.

De picturis pauca ſcribā nōnulle adhuc apparēt picturæ in ther-
mis & hortis ſalluſtianis & Mecen. & in mōte Quirinali plurib⁹
in locis multa viſuntur veſtigia hiſtoriaꝝ depicta ī ipſis ruinis.

Omitto loca diruta apud eccleſiam Petri ad Vincula variis pi-
cturis exornata.

Fabius maximus e clariſſima gente Fabioꝝ ædem ſalutis pinxit
anno vrbis cōditæ. cccel. teſte Plinio. Pacuui⁹ vero poeta ædem
Herculis in fo. bo. miro artificio depinxit. In mōte Palatino in vi
nea phedræ volaterr. viri doctiss. oratoriæ & artis peritiss. nōnul
los vidi parietes antiq̄s depictos variiſqꝫ colorib⁹ exornatos.

Extra Vrbem vero via ſalaria ꝑpe portā eſt ſepulchrū quoddam
in vinea ad ſimilitudinem tēpli cōſtructum/ ī quo cæteris & Bac
chi picturæ cū vitibus & vaſibus hydriaꝝ depictæ viſuntur mi-
ro artificio quæ oīa Petrus Paulus de Symeonibus ro. mihi oſtē
dit apud vineā ſuam non lōge a porta Salaria.

Omitto templū Bacchi apud eccleſiam ſanctæ Agnetis depictū
opere muſiuo cū vitibus & piſcibus.

De Coemiteriis ſacris.

COemiteria loca erant ſacra in quibus corpora ſanctoꝝ
Martyꝝ ſepeliebātur/ & ſcribitur ꝑ oe. Coemiteria fue-
rūt multa diuerſis ī locis vrbis & extra. Coemiteriū ad
cliuū cucumeris ī laterano. Coemiteriū vrſi pileati/ in q̄
loco erat imago Vrſi habētis pileū in capite apud eccl'iam ſanctæ

Balbinæ & ſex millia martyrum: antiquitus ad verbum pilearum vel palcarum dicebatur.

Coemiterium Priſcillæ Via ſalaria apud eccleſiā ſancti Silueſtri.

Coemiterium inter duas lauros via labicana.

Coemiterium Traſonis Via ſalaria apud Eccleſiam ſancti Saturni ni/in qua erat coemiteriū Ampronianí & Babillæ.

Coemiteriū Prætextati Via appia apud eccleſiam ſancti ianuarii.

Coemiteriū Domicillæ via Ardeatina apud eccleſiam. ſ. Petronil læ. Erat & coemiteriū Damaſi & baſilei atq; Balbinæ ī dicta via.

Coemiteriū Calcopodii Via Aurelia apud eccleſiā ſancti Calixti.

Coemiteriū calixti in vrbe apud eccleſiā ſancti Sixti/erat & aliud coemiterium calixti ad cathecumbas extra vrbem vbi nunc eſt ec cleſia ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani mar.

Coemiteriū comodillæ via hoſtrenſi.

Coemiteriū ad inſalatas via portuenſi apud eccleſiam ſancti Feli- cis. Erat & coemiterium Pontiani/& Amproniani.

## De ſepulchro auguſtorum & mole hadriana.

IN valle martia Octauius auguſt⁹ Mauſoleū extruxit/ vt adhuc apud eccleſiam ſancti Rocchi veſtigia ipſius antiquæ celſitudinis demōſtrāt: in quo ſepulchro erāt ſtatuæ æneæ atq; marmoreæ cum inſcriptione pacis & victoriæ &. P. P. ad honorem ipſius Auguſti: quod quidem mau- ſoleū non ſibi ſolum ſed poſteris commune poſuit: de quo ſueto- nius. Reliquias mauſoleo cōdiderūt: id opus inter Flāmineā viā ripamq; Tyberis ſexto cōſulatu ſuo extruxerat. caſſiodorus vero ait. ſed mūdi dñs ad potētiā ſuā opus extollēs mirādam Romanis etiā erigēs fabricā in Vallē martiā tetēdit Auguſt⁹ immenſa moles firmiter præcincta mōtib⁹ cōtinet: vbi magnarū rerū iudicia clau derentur: biſſena quippe hoſtia ad. xii. ſigna poſuerūt. ſtrabo autē dicit. Commemoratione digniſſimum eſt: quod Mauſoleū appel lāt: in excelſis fundatū molib⁹. lapide niueo & perpetuæ viridita tis arborib⁹ coopertū: ī ſummū vſq; verticē ad fluminis ripā exag geratū: in ſummo aūt poſitū eſt Cæſaris Aug. ſimulachrū ex ære fabricatū: ſub aggere ipſo ſunt eius loculi & cognatorū & neceſ- ſariorū: a tergo vero luc⁹ eſt mirifica continēs ambulacra: in me dio aūt cāpi ſpacio buſti extat ambit⁹: & hic ipſo niueo pfectus la pide ferreos in circuitu cancellos habēs: & plātatas interitus per ſe ferens populos. Erant ibi pater beatiſſime circuniectæ ſiluæ at- q; ambulationes in vſum populi Romani.

Stabāt præterea apud dictum locum Obeliſci duo & columnæ in gentes pulcherrimæ cum parietibus marmoreis porphireticiſq; lapidibus incruſtatis.

Arthemiſia regina fecerat mauſoleū monumentū mauſolo Regi Cariæ marito: quē amaſſe fert ſupra oīs amorū fabulas teſte Celio ſepulchrū memoratiſſimū dignūq; numerari īter ſeptē omniū terrarū ſpectacula. Erat mauſolus nomē Regis & Tragediæ Higinus author.

Hadrianus Imp. Auguſtum prædictum emulatum non longe ab ipſa mole auguſta in Vaticano aliam pulcherrimā de ſuo nomine excitauit: in qua erat duplex ordo colūnarū ſuperpoſit⁹/vt in nūmis Hadriani apparet/quas colūnas poſtea Cōſtantin⁹ imperator ad eccleſias apoſtolorum Petri & Pauli tranſferri iuſſit. Apud quā molē erat pōs præſtātiſſimi operis: fuerat.n. illic tectū columnis excitatū quadraginta duob⁹ marmoreis opere trabib⁹ fabricato tectura ænea ornatu mirifico vt ipſa veſtigia demōſtrāt. In dicta mole ſunt nonnullæ inſcriptiones imperatorum.s.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PART. F. Diui Neruæ Nepoti Traiano Hadriano Aug. Pont. Nax. Trib. pot. xxii. īp. Cæs. Cutaleus Hadrianus Ant. Aug. pius Pont. max. Trib. potes. ii. Cos. Deſi. iii. PP. parētibus ſuis.

Alia inſcriptio ibidem.

IMP. CAESARI. L. Aurelio Vero. Aug. Armeni ac Med. Parthic. Pontific. Tribunic. Pot. viiii. impe. v. Cos. iii. P. P.

Eſt & alia inſcriptio ibi prope.

IMPERATORI Cæſari Diui Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici filio Diui pii nepoti Hadriani pronepoti Diui Traiani partic. Abnepoti Diui Neruæ Abnepoti Lutio Aelio Aurelio Cōmodo Auguſto Sarmatico Germanico Maximo Britannico pontifici Maximo Tribunitiæ poteſtat. xviii. imperat. viii. Conſul. VII. patri pater pat.

Sunt & aliæ inſcriptiones vt dicā in epithap. opu. In qua mole vi ſuntur Boum capita & alia q̄ plura mirabili artificio ſculpta: de in ſtauratione eius nonnulla dicam inferius de noua Vrbe.

Apud eccleſiam.s. Mariæ populi eſt moles quadrata diſpoliataq; marmoribus non longe ab Auguſta vulgo ſepulchrū matris Neronis: quæ moles fuit ſepulchrum Marcelli. F. Auguſti. Non longe ab ipſa mole erat ſepulchrum Neronis Ebore exornatum.

Quod Aegloge & alexandria nutrices & Attia concubina gen

tili Domitiorum monumento condiderunt/quod proſpicitur/vt inquit Suetonius/e campo martio impoſitum colle Hortulorum in quo ſolium porphiretici marmoris ſuperſtanti lunenſi ara circumſetum erat lapide Taxio:eadem confirmat; Spartianus veſtigia cuius extant in vinea contigua eccleſie ſanctæ Mariæ populi in quo loco bis fui cũ Iacobo ceccharinis Vghubiñ. poſſeſſor vineæ. Non longe ab eccleſia ſanctorum.xii.apoſtolorum in lapide marmoreo putei apud eccleſiam.ſ. Andreæ viſuntur inciſæ literæ infraſcripte.

OSSA.

TI.CAESARIS Diui Aug.F.Aug. Pont. Maximi Trib. Pot. xxxix.imp.viii. Cos.v.

Ante ædes Conſeruatorum in lapide marmoreo.

OSSA.

NEronis Cæſ.Germanici Cæſaris.F.Diui Aug. Pron. Flamin. Auguſtalis Queſtoris.

In alio lapide ibidem propinquo marmoreo.

OSSA.

AGRIPPINAE.M.Agrippæ Diui auguſti Neptis vxoris Germanici.cæſaris matris.C.cæſaris augu.Germanici principis.

Omitto multa ſepulchra cum epithaphiis quæ ſunt in Vaticano & via flaminia ſalariaq; & appia vt dicã in opuſculo epithaph.nõ nulli/faciebant ſepulchra in modum ſacelli alii extruebant pyramides & moles nonnulli vero columnas memorãdas de quibus mẽtionem facit Bap.leo.lib.viii.

De Septizonio & nonnullis epithaphiis.

SEptizonium eſt inter palatium & eccleſiam ſancti Gregorii/vt adhuc tris ordines columnarum ſuperpoſiti cernuntur non longe a Circo maximo.apud quem locum ſepulchrum ſeueri aphri imp.fuiſſe dicũt: de quo Iulius capitolinus in vita ant.zete.F.ſeueri ſcribit.illatus eſt maiorum ſepulchro/hoc eſt ſeueri/quod eſt in appia via eũtibus ad partem dexteram ſeptizonii quod ille ſibi viuens ornauerat. Spartian⁹ vero dicit. Cũ ſeptizonium faceret nil aliud facere cogitauit q̃ vt ex aphrica venientes ſuum opus cernerent & mediũ ſimulachrũ eius locatum additum palatinis ædibus.is regium arcum ab ea parte facere voluiſſe perhibetur:& ab auruſpicibus prohibitus apud quod erat templum alloquẽtis in via noua teſte Cicerone in quo loco faſciolæ petri ceciderunt.

Septizonium templum conditum a ſeuero imperatore: qui cum vidiſſet in Vrbe omnium deorum eſſe templa hoc voluit ad hono rem ſeptem planetarum: qui per hebdomadæ dies exprimuntur condere/& appellauit illud ſeptizonium a ſeptem zonis. Nõnul li ſeptodium vocant a ſeptem viis legimus Eliogabalum latiores & digniores vias ſtrauiſſe ſaxo macedonico & porphiretico te- ſte bap.leo.

Fuitqꝫ hoc vnum inter ſeueri opera pub.numeratum. Seuerus. n.imp.ædificiis pub.vrbem ipſam multis in locis exornauit/vt le gitur apud ſpartianum/in quo loco adhuc viſuntur nonnullæ cu bitates literæ dirutæ.

Aug.trib.Pot.vi. Cos fortiſſimus nobiliſſimuſqꝫ.

Apud domum coruinã in loco qui corrupte dicitur macellũ cor uorum ſunt infraſcriptæ literæ in lapidibus Tyburtinis inciſæ.

C.POLITIO.L.F.BIBVIO AED.PL.Nõ.Virtutiſqꝫ Caussa Senatus e conſulto populiqꝫ iuſſu locus monumẽto. Quo ipſe po ſteriqꝫ eius inferrentur publicæ datus eſt.

Ab alia parte ſunt literæ prædictæ iterum inciſæ.

In lapide fracto apud columnam Cocl.ant. vidi has literas.

NON Enim Quicquam Eſt quod imperatorem ro.melius com- mendet gentibus quã clementia.

Hæc cæſarem deum fecit.hæc auguſtum conſecrauit.hæc ant. Pii nomine ornauit.

De aliis epythaphiis antiquorum Ro.nullam nunc facio mentio nem:vidi nãqꝫ libellũ Io.Vectori clerici.Vulnerani in quo non- nulla collegi vt dicam in opuſculo Epytaphiorum.

De obeliſcis & methis.

ESt autẽ Obeliſcꝰ lapis aſperrimꝰ maculiſqꝫ circũ orna tus in figurã methæ cuiuſdã ſenſim ad proceritatẽ con ſurgẽs excelſam:vtqꝫ radiũ imitetᷣ glaciliſcẽs paulatim ſpecie quadrata in verticẽ productꝰ anguſtũ manu le- uigatꝰ artificis in nõnullis vero ĩnumeræ formarũ notæ apparẽt vndiqꝫ ĩciſæ.De qbꝰ Cornelꝰ Tacitꝰ ait.Primi per figuras ani- maliũ ægypti ſenſus mẽtis effingebant & antiquiſſima monumẽ ta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur.

Octauiꝰ ãt aug.teſte ãniano ab Helipolitana ciuitate ægypti duos trãſtulit obeliſcos/quoꝝ vnꝰ ĩ circo maxĩo a rege Sẽneſerreo ex- ciſus/& alter q̃ a ſeſoſtride factus fuit in cãpo locatus eſt martio.

Obeliſcus conſtitutus in circo maximo erat ped.cxxviii. præter

baſim eiuſdem lapidis: qui adhuc ibidem in hortis prædicti circi fractus in duas partes terra obrutus eſt.

Obeliſcus vero cāpi Martii erat ped.ix.minor p̄dicto: cui diuus Auguſtus addidit mirabilē vſum ad dep̄hendēdas ſolis vmbras dierūq; ac noctium magnitudines: teſte Pli. Mālius mathematicus apici auratā pilam addidit/cui⁹ vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam: adhuc fract⁹ iacet apud eccl'iam ſancti Lau. in lucina.

Obeliſcus aūt Vaticani in circo Neronis a. C. Cæſare calicula poſitus ex oībus vnus eo tpe fractus in mollitione eius: vt nūc videtur: aliis vero iacētibus ſolus erectus ſtat ſuper Baſim eiuſdem coloris altitudo cuius eſt pedum.lxxii. in quo ſemideletæ literæ ab vna parte viſuntur.

DIVO Cæſari Diui Iulii.F. Auguſto.F. Cæſari diui Auguſti F. Auguſto Tyberio Sacrum.

Eſt & alia inſcriptio ab altera parte.s.

DIVO Cæſari Diui Auguſti.F. Auguſto Tyberino Sacrum.

In cuius ſummitate pila deaurata poſita eſt.

Erant præterea Obeliſci duo apud Mauſoleum auguſti longitudine ped.xliii.e quibus vnus adhuc in Vinea bufalo℞ iacet confractus nō lōge a porta pinciana.

Erat Obeliſcus maior oībus/ quem Diuus Auguſtus miraculi gratia aduexerat/puteoliſq; naualib⁹ perpetuū dicauerat. Diuus vero Claudius p aliquot annos aſſeruatum eum/quem p̄dictus C. importauerat: oībuſq; nunq̄ in mari viſa ſunt perductū Hoſtiā portus faciēdi gratia mergi: quo heſperimēto palam fuit/non minus aquarum huic anni eſſe q̄ Nilo. Tamen iſdem Tyber eſt/ſed tot aquæductus vbi nam ſunt/ ad quem ſuperabundantes aquæ confluebant.

Erant p̄terea in vrbe ipſa Obeliſci minores variis figuris & carath. exornati nūero.xlii. vt ī multis locis nōnulli adhuc apparēt.

Non lōge a mole Hadriana erat Metha/ quā Alex. ſextus Pont. deſtruxit/vt viā aperiret: veſtigia cuius adhuc extāt apud eccleſiam ſanctæ Mariæ trāſpontinæ(quam vt Plutarchus ait) Scipionis fuiſſe ſepulchrū in Pyramide ſub Vaticano/ q̄uis nōnulli ſepulchrum æpulonū fuiſſe cōprobent ab vulgo Romuli Metha dicitur: alia vero apud Auentinū Remi appellatur.

Eſt & Metha ſeu Pyrrhamis ꝑpe portam ſancti Pauli mœnibus Vrbis inſerta/nobile ſepulchrum. C. Ceſtii.vii.viri æpulonum. Quod opus abſolutum ex teſtamēto. C. corn. diebus.cccxxx. in

qua ſunt ſculptæ infraſcriptæ literæ ab vna parte.

C.CESTIVS.L.F.POPVLO.PR.TR.PR.VII.VIR.EPVLORVM.

Sunt & aliæ literæ minores inciſæ cum ſupradictis ab alia parte:videlicet.

Abſolutum Ex teſtamento Diebus.cccxxx.

ARBITRATV.

Ponti.p.E.Clanelle heredis Et pothi.L.

Tamen tua beatitudo vt alter Cæſar in ampliando imperio/exornandaqꝫ vrbe gloriari poteſt.Gloriari em̄ ſolitus erat Diuus Augu. Cæſar vrbem ſe marmoream reddere:quam Lateritiam accepiſſet:cuius:ſuaſu cum gener Agripp.Aſinius pollio.Plautius & Cornelius balbus reliquiqꝫ amici eam variis operibus exornaſſent: vt noſtro tempore Syxtus fecit & tua beatitudo cum Dominico Ruero & Raphaele Riario / Fatioqꝫ Viterb. Cardinalibus additis Franciſco ſotherino & Ioan. de medic. flor. & aliis amicis tuæ ſanctitatis ad ornamentum & vtilitatem Vrbis nouæ & ſanitatem corporis non em̄ quotidie peſtis in Vrbe: vt prius/ paſſim auditur/purgatis viis ac delatatis gr̃a domini noſtri Ieſu chriſti: qui Iulium paſtorem.ii.conſeruet cum oĩbus ſuis.

De carcere pub.

CArcer a cohercendo quod exire prohibetur. Erat carcer a Tullio rege in radicibus capitolii ſuper foꝝ Ro.verſus ſeptẽtrionem cõſtructus& ab ipſo Tullio carcer Tullianus dicitur q̃uis & Mamertinus poſtea a mamertinis populis appellatus ſit in quo loco poſtea fabricata fuit eccleſia quæ hodie ſancti Petri in carcere nominatur:ſupra porta cuius ſunt literæ cubitales Tyburtino lapide inciſæ cũ hac inſcriptione:ſcilicet.

C.Vibius.C.F.R.Enius.M.Cocceius.M.F. Neru.Sequentes literæ ſunt calce & pictura coopertæ ex altera parte capitolii verſus meridiem vbi nũc eſt eccleſia ſancti Nic.in carcere fuit poſtea ædificatus carcer & a Claudio.x.viro:quem appellauit carcerem plebis Romanæ / in quo loco erãt Latomiæ & lapicidinæ & atrium Titium a Catone cenſorino extructum/qui & Martium ædificauerat/ teſte Liuio de bello Macedonico. Latomia locus erat in carcere Tulliano:teſte Varrone. Liuius lib.xxxvi.ſcribit. Triũviri carceris Latomiaꝝ intẽtiorem cuſtodiam iuſſi.& Sabinium in Latomias fuiſſe damnatũ ſcribit, Seneca li.ix.erat & car

cer apud eccl̄iam ſancti Laurētii ī fontana & in aliis locis Vrbis.

## De legibus & tabulis æneis.

IN vrbe multæ fuerūt leges vt inquit Pom.læt.in opuſculo de magiſtratibus.

Lex aquilia ab ipſo aquilio lata de dolo & fraude.

Lex Cynthia a cythio ne quis pecuniam ob cauſam orandam acciperet.

Cornelia lex a cornelio lata.

Fabia lex a fabio producta.

Lex frumentaria a Sempronio Graccho lata.

Erat & Flauia & Iulia.Manilia.Papia.& Gabinia.& aliæ leges q̄ multæ a latoribus nominatæ.

In ærario & in tēplo Iouis capitolini:vt ſupra diximꝰ:multæ extabāt æreæ tabulæ affixæ: e q̇bus vnam tm̄ nr̄o tp̄e in Lateranēſi baſilica ꝓſpexi apud Tabernaculū ſacratiſſimi corꝑis xp̄i.latitudo cuiꝰ ped.iiii.lōgitudo vero.vi.in qua cōtinētur infraſcripta.

Fœdus ve cum q̇bus volet facere liceat ita vt licuit diuo Augu. Ti.Iulio cæſari Aug. Tyberioq; Claudio cæſari Aug.Germanico Vtiq; ei Senatum habere relationem facere remittere ſenatus conſulta ꝑ relationem diſceſſionēq; facere liceat ita vt licuit diuo Aug.Ti.Iulio cæſari Aug.Ti.Claudio cæſari Aug.Germanico.

Vtiq; cum ex volūtate auctoritate ve iuſſu mādatu ve eius p̄ſente ve eo Senatus habebitur.oīum rerum ius ꝑinde habeatur ſeruetur ac ſi e lege ſenatus edictus eſſet habereturq;.

Vtiq; Cos.magiſtrum poteſtatem imperiū curationem ve cuius rei petētes ſenatui populoq; Ro. cōmendauerit. Quibus ve ſuffragationem ſuā dederit promiſerit eoꝝ comitis quibuſq;/extra ordinem ratio habeatur.

Vtiq; ei fines Pomerii ꝓferre ꝓmouere cū ex re publica cenſebit eſſe liceat ita vt licuit Ti.Claudio cæſari Aug.Germanico.

Vtiq; quecūq; ex vſu rei publicæ maieſtate diuinaꝝ humanaꝝ publicarum priuatarūq; rerum eſſe cēſebit ei agere facere ius poteſtaſq; ſit ita vti diuo Augu. Tiberioq; Iulio cæſari Aug.Tiberioq; Claudio cæſari Aug.Germanico fuit.

Vtiq; quibus legibus plebei ve ſcitis ſcriptū fuit ve.Dauus Augu.Tiberiꝰ ve Iulius cæſar Aug.Tiberiuſq; Claudiꝰ cæſar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebiſq; ſcitis Impe. Cæſar Veſpaſianus ſolui iuſſit quæq; ex quaq; lege rogatione diuum Aug.Tiberium ve Iulium cæſarem Aug. Tiberiū ve Claudium

Cæſarem Aug. Germanicum facere oportuit ea omnia imp. cæſa ri Veſpaſiano Aug. facere liceat/
Vtiq; quæ ante hāc legem rogatam acta geſta decreta imperata ab imperatore cæſare Veſpaſiano Aug. iuſſu mādatum ve eius a quoq; ſunt ea perinde iuſta rataq; ſint ac ſi populi plebiſve iuſſu acta eſſent. Quæ quidem oīa beatiſſime pater in rigis lineatis ſeu proſarum verſibus. xxxii. inciſa cōtinētur.
Sunt & alia verba in eadē tabula ſculpta in lineis qnq;: videlicet.

SANCTIO.

Siquis huiuſce legis ergo aduerſus leges rogatiōes plebis ve ſci ta ſenatus ve cōſulta fecit fecerit ſiue quod cū ex lege rogatione plebiſve ſcito. S. ve. C. facere oportebit non fecerit hui⁹ legis er go id ei ne fraudi eſto neue quit ob eam rem populo dare debe- to neue cui de ea re actio neue iudicatio eſto neue quis de ea re apud. ci ſintio.
Omittitur particula ex anguli fractura.
Io. an. Viterbenſis in. iiii. eius inſtitutione de exciſis memoriis mentionem facit de ſex tabulis dicens.
Sex tabulæ memoratu dignæ exciſæ marmoribus extant de anti- quitate & rebus Ethruriæ Duæ ſunt Lybiſcillæ. Duæ cybelariæ. Vna tuſcanicēſis & altera vrbana. & q̄ ſequūtur.

De laudibus nōnullorꝝ Ro.

ANimi præſtātiſſimum arbitror inquit Plinius. C. cæſa- rem dictatorem. Nec virtutem cōſtantiāq; nūc cōme- moro: nec ſublimitatem oīum capacem q̄ cœlo cōtinē tur: ſed propriū vigorem celeritatēq; quodā igne vo- lucrum ſcribere/& legere ſimul dictare & audire ſolitū accepim⁹ epiſtolas veru. tantarum rerum quaternas pariter librariis dicta- re aut ſi nihil aliud ageret ſeptenis. Idem ſignis collatis quinqua gies dimicauit. Solus em̄ Marcū marcellum trāſgreſſus/ q vnde- quadragies dimicauerat. Nam p̄ter ciuiles victorias vndecies cē- tum & nonaginta duo milia occiſa p̄liis ab eo nō quidem in glo ria poſuerim. Tantam etiam cohactam humani generis iniu- ria/ quod ita etiam confeſſus eſt ipſe: bellorum ciuilium ſtragem non prodendo: vt iuſtius Pompeio Magno tribuatur: octingen tas quadraginta ſex naues pyrrhatis ademiſſe cæſari propriū & peculiare fuit præter iam ſupradicta clementiæ inſignia: cui cōpa rari nō poſſit aliud. Spectacula em̄ edita effuſaſq; opes aut ope- rum magnificētia in hac parte enumerare luxuriæ fauētis eſt: illa

fuit vera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas captis apud pharſaliam Pompei magni ſcriniis Epiſtolarum: iterumq́ apud Tapſum Scipionis ea optima concremaſſe fide atq́ non legiſſe.

Sequuntur verba Plinii in pompei magni laudem: Verum ad decus imperii Ro. non ſolum ad viri vnius pertinet Victoriam: Pōpei magni titulos omnes triumphoſq́ hoc in loco nuncupare/ æquato non modo Alexandri magni rerum fulgore: ſed etiā Herculis prope ac liberi patris. Igitur Sicilia recuperata: vnde primū ſyllanus in rei pub. cauſa exorſes auſpicatus eſt. Aphrica vero tota ſubacta & in dictionem redacta: magniq́ nomine ſpolium inde capto eques Romanus id quod antea nemo curru triumphali reuectus eſt: & ſtatim ad ſolis occaſum tranſgreſſus excitatis in pyreneo tropheis oppida octingenta. lxxvii. ab alpibus ad fines hyſpaniæ vlterioris in dictionem redactā victoriæ ſuæ aſcripſit/ & maiore animum certorium domuit belloq́ ciuili: quod omnia concutiebat externa extincto: iterum triumphales currus eques Romanus induxit totiens imperator anteq̄ miles. Poſtea ad tota maria & deinde ſolis ortus miſſus hos rettulit patriæ titulos more ſacris certaminibus vincentium: neq́ enim ipſi coronantur ſed patrias ſuas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Mineruæ: quod ex manubiis dicabat Gn. Pompeius magnꝰ imp. bello. xxx. annorum confecto fuſis fugatis occiſis/ in dictionē acceptis hominum centies vincies ſemel octoginta tribus millibus Depreſſis aut captis nauibus. dcccxlvi. Oppidis/ Caſtellis mille quingentis. xxxviii. in fidem receptis. Terris a Meothis lacu ad rubrum mare ſubactis votum merito Mineruæ. Triumphi vero quem duxit. iii. kal. Octob. M. Meſſala. &. M. Piſone conſulibus. præfatio hæc fuit. Cum oram matutinam a prædonibus liberaſſet & imperium maris popu. Ro. reſtituiſſet ex Aſia Pontho Armenia Paphlagonia Capadocia Cilitia Sitia Scythis Iudeis Albanis Hiberia inſula Creta Baſternis & ſuper hæc de regibus Mitridate atq́ Tigrane triumphauit ſumma ſummarum in illo gloria fuit vt ipſe in conditione dixit. cum de rebus ſuis diſſereret Aſiam vltimam prouinciarū accepiſſe: eandemq́ mediam patriæ reddiſſe. Siquis econtrario ſimili modo velit perenſere Cæſaris res/ qui maior illo apparuit: totū profecto terrarum orbē enumeret/ quod infinitum eſſe conueniet.

Sequunt̄ & verba Plinii vbi agitur de Fortitudie. L. Dētati qui Tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio. A. Thermo Coſs. haud mul-

to poſt exactos Reges innumeroſiſſima ſuffragia habet centies vi cies preliatus: octies ex prouocatione victor. xlv. cicatricibus ad uerſo corpore inſignis nulla in tergo. Item ſpolia cepit. xxxiiii. donatus haſtis puris duode viginti: phaleris. xxv. torquibus tribus & octoginta. armillis. clv. coronis. xxxvi. Cuneis. xiiii. Aureis. vii. Muralibus trib⁹. Obſidionali vna. Fiſco æris. x. Captiuis. xx. millibus. Imperatores nouem ipſius maxime opera triumphantes ſequutus. Prætereo quod optimum in operibus eius reor vno ex Ducibus. L. Romulo ex conſultatu ad populum conuicto male acti imperii rei militaris: haud maiora foret Manlii Capitolini decorani perdidiſſet illa exitu vitæ: ante. xxii. ãnos bina ceperat ſpolia. primus omnium equus Coronam muralem acceperat. vi. Ciuitas. xxxvii. Dona. xxxiii. cicatrices aduerſo corpore exceperat. P. Seruilium magiſtrum equitum ſeruauerat. ſi non regno ſuo ſeruaſſet. Verum ſunt in his quidem virtutis opera magna: ſed maiora Fortunæ. M. Sergio vt equidem arbitror nemo quemq̃ hominum: iure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam non derogarit. Secundo ſtipendio dextram manum perdidit. Stipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt: ob id nam manu neutro pede ſatis vtilis vno tantum ſeruo plurimis poſtea ſtipẽdiis debilis miles bis ab Hannibale captus: neq; .n. cum quolibet hoſte res fuit. bis vinculorum eius profugus. xx. menſibus nullo non die in cathenis aut compedibus cuſtoditus: ſiniſtra manu ſola quater pugnauit: duobus equis ſuffoſſis. Cremonam ab obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt duodena hoſtiũ caſtra in gallia cepit/ quæ omnia ex Oratione eius apparent habita cum in prætorio ſacris arceretur a collegiis vt debilis. Quos hic coronarum aceruos cõſtructus hoſte mutato. Etenim plurimis refert inique cuiuſq; virtus tempora inciderit: quas Trebia Ticinuſq; aut Traſimenus ciuicas coronas debere? Quæ cannis corona merita: vnde fugiſſe ſummum opus fuit. Cæteri profecto victores hominum fuere Sergius vicit etiam fortunam. Ingeniorum gloriæ quis poſſet agere delectum per tot diſciplinarum genera/ & tãtarum rerum operumq; varietate? niſi forte Homero vate græco nullum feliciorem extitiſſe conuenit ſiue operis fortuna ſiue materia extimetur. De viris peritis & excellẽtiſſimis Ro. longũ eſſet narrare. Opera enim illorum adhuc extant.

## De diuitiis Ro.

MArcus Craſſus negabat diuitē niſi qui reddítu annuo legionē tueri poſſet. ſcribit. n. plinius lib. xxxiii. C. Aſinio Gallo. &. C. Mario Cyrino Cos. vi. kl. Feb. Caius cecilius claudius Iſydorus teſtamēto ſuo edixit/ q̄uis multa ciuili bello perdidiſſet/ tamē relinquere ſeruorum quatuor millia centum ſexdecim. Iuga boum tria millia ſex cēta: reliqui pecoris. cc. quinquaginta ſeptem mill. in numerato pondo ſex centa millia/ qui funerari ſe iuſſit ſextertiis vndecim millib⁹. Caluus vero orator querebatur vaſa coquinaria ex argento fieri: at nos dicit plini. Carrugas ex argēto celare inuenimus/ & lectos mulierū iam pridem totos operiri argento & Triclinia quædam quibus argentum addidiſſe primus traditur Caruilius folio eques Ro. Idē & aureos fecit lanceſq; e centenis lib. argēti/ quas tunc ſup quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat & alia multa incredibilia.

Narrat deniq; plinius lib. xxxvii. Auctoritatem Catulli poetæ videntis conſulem ciuem dicens Auuſq; Seruilii Nouiani quem cōſulem vidimus illeq; proſcriptus fugiens hunc e fortiſſimis ſuis omnibus Annulum abſtulit ſecum/ quem certum eſt ſextertiis viginti millibus extimatum.

Quid præterea dicendum eſt de. p. Clodio/ quem Milo occidit ſextertiis centum quadraginta ſeptem millibus domo empta habitaſſe. Itaq; & ipſum Milonem ſextertia ſeptingenta millia æris alieni habuiſſe.

Omitto multa de Cæſare Aug. de quo Suetoni⁹ ait. Aedes ſacra vetuſtate collapſæ aut incendio aſſumptas refecit: eaſq; & cæteras opulentiſſimis donis adornauit/ vtpote qui in cellā capitoli Iouis ſexdecim millia pondo auri gemmaſq; ac margaritas quingenties ſextertium vna donatione contulerit.

Quid dicam de nobiliſſima & potentiſſima Fabiorū familia/ quæ propriis ſumptibus bellum contra Veientes ſumens in vno conflicto ſex ſupra trecētos eiuſdem familiæ milites patritii ordinis viros amiſit?

Diues apud Romanos habebať: q exercitū Ro. poterat ex ꝓpriis alere ſumptib⁹/ ꝓut. M. craſſus aluit & alii q̄ plures fecere. Quis præterea in Italia eſt beatiſſime pater Iuli noſtro tp̄e priceps ſeu ciuis tam potēs tantaq; præditus ſuppellectili. vt erat Lucull⁹ ipe: Roman⁹ quē cicero Xerſem appellauit/ qui ad vigitiquinq; mil. hominū honorifice ſuſcipere poterat: nec tn̄ Lucull⁹ ſol⁹ ea in Vrbe diues habebatur teſte Plinio/ cū etiā viginti ciuiū millia & co

amplius in Vrbe Romana fuiſſent/qui cũ Lucullo de diuitiis cõ⸗
tendere potuiſſent. Clodi⁹ vero Aeſopi tragedii filius Romæ ſin⸗
gulos vniones ac precioſſimas margaritas in conuiuio magnifi⸗
centiæ cauſa ad ſorbendum dedit.
Ancus autem Martius ſalis modios ſex millia in congiario dedit Po.Ro. qui primus ſalinas inſtituit.
T.petroni⁹ iuris cõſultus moritur⁹ inuidia Neronis principis/vt mẽſam ei⁹ exheredaret Trullã mutinã trecentis ſextertiis emptam fregit. Sed Nero(vt par erat)pricipes vicit omnes.cccc.ſextertiis fragmenta emit/& cupidinem vnam parauit qua potaret.
Omitto Trullam criſtallinam centum quadraginta millib⁹ empta a matre familias nec diuite. Opera ipſa ædificiorum diuitias Ro. ciuium demonſtrarunt.

## De nonnullis triumphantibus.

IVlius Cæſar quinquies trumphauit.
Primus excellentiſſim⁹ triũph⁹ fuit gallicũ. Sequẽtem vero egit Alexãdrinũ. Deide põticũ. Proximũ Aphricanũ. Nouiſſimũ vero Hyſpaniẽſem diuerſo quẽq; apparatu: aſcẽditq; capitoliũ ad lumina.xl. Elephãtis dextra atq; ſiniſtra Lychnos geſtãtib⁹/teſte Suetonio/Põtico Triumpho ĩter põpæ fercula triũ verborũ pretulit titulũ. VENI. VIDI. VICI.
Quid dicã de Põpeio Magno: q prim⁹ triũphãs Myrrhina vaſa inuexit ſexq; pocula ex eo triũpho capitolino Ioui dicauit/ quæ primum ad hominũ vſum tranſiere. Abacis etiam eſcariiſq; vaſis inde expetitis. Exercuitq; in dies eius rei luxus Myrrhino. lxxx. ſextertiis tres Pompeius ipſe magnus in tertio Triumpho trãſtulit alucum cum texaris luſorium e gẽmis duabus latũ pedes tres longum vero ped.iiii. & lunam auream pondo. xxx. milliũ tactos triclinares tres vaſa ex auro & gemmis abacorum nouem. Signa aurea tria Mineruæ matris & Apollinis/coronis ex margaritis.xxxiii. Montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus & pomis omnis generis circundata vitæ aurea. Muſeum ex margaritis in cuius faſtigium horologium erat cum imagine GN. Pompeii e margaritis/& alia q̃ plura ſpolia aurea.
Omitto triũphũ Scipiõis Aphricani: qui teſte Liuio lib. xxxii. in triũpho ſuo argenti põdo centũ millia.xxii. in pub. ærario poſuit ad vrbemq; ſtatuas pulcherrimas & infinitam predam perduxit.
Paulus Aemilius ex vetuſtiſſima Aemiliorum patritiorũ familia poſt victoriam de hugubris habitam profectus eſt cum exercitu

contra Perſeum Macedonum Regem: ipſum tandem cum filiis ac filia captum cũ vniuerſo theſauro Macedoniæ Romam deduxit: cui. S.P.Q.R. Præparauit triũphum. Omnia templa Vrbis apertis erãt ſertis & floribus exornata/ & in oĩbus locis Vrbis/ per quæ trãſiturus erat arcus lignei triũphales fabricati variis ornamentis erecti fuere.

Prima eñ die vix Signis Figuris Colloſſis Tabulis tranſmittendis ſuffecit.

Secunda vero die Macedonum arma multis curribus delata fuere ſicut erãt ſcuta galeæ Thoraces Ocreæ oĩa ex auro adornata. Poſt hæc autem in curribus ſequebãtur viri qui nũmiſmata ferebant argẽtea in vaſis.cccl. Quodlibet eñ vas erat triũ talentorꝶ quatuorq́ꝫ viri ſingula vaſa regebãt. alii vero crateras/phialas argenteas/ornatiſſimoſq́ꝫ calices aureos deferebãt. Tertia vero die ſtabãt Tibicines claſſicũ & bellicũ ſonum dãtes/poſt quos.cxx. boues albi deauratis cornibus victis & ſertis ornati ducebantur cum patenis & vaſis ſacrificãdi. Poſtea vero ſequebãtur & viri vt ſupra portãtes aurea nũmiſmata in vaſis/numerus vaſorꝶ trium Talentorꝶ fuit.lxxxiii. cum aurata fiala decem Talentorꝶ pretioſis Margaritis exornata cum aliis q̃ pluribus vaſis aureis magni ponderis lapis p̃tioſis adornati. Poſt hæc erat ornatiſſimus Perſei regis deuicti curr⁹ cũ ſpoliis & diademate cũ armis eius in altum extenſis. Poſtea vero Darius & Alexãder regis filii cum pedagogis & alumnis fortunium ſuũ pro ætate non intelligentes: quos pulcherrimos paruulos ad lachrimas Senatus populuſq́ꝫ vniuerſus præ gaudio cõmotus eſt: omniſq́ꝫ turba regis filios & filiam ad miſericordiam cõuerſa eſt. Ipſe vero Perſeus rex poſt filios demiſſa facie trepidus ac turbatus incedebat: poſt quem amici eius & duces & potẽtes & familiares ibãt mœſti & lachrimãtes vt ſpectaculũ letitiæ & doloris viſum eſt: victores & victi lachrymabãtur. Poſt cum aureæ coronæ deferebantur: quas a ciuitatibus Græciæ Aemilius dono acceperat: numerus eñ coronarum erat.cccc. Poſtremo vero Aemilius ipſe triumphãs victor ornatiſſimo curru inuectus ſequebatur purpurã auro contextã indutus laureatus lauriq́ꝫ ramuſculũ manu dextra gerẽs: quem trahebant quatuor equi cãdore certãtes cum niue. Milites vero ſubſequebãtur in ordine canẽtes patria carmina ſalibus p̃mixta: nonnulli vero Aemilii laudes & virtutes: currũ ſubſequebãtur captiuitate liberati raſo capite & pileati deinde equites laureati. Erãt

bidem & arma victoꝝ laureata in triumpho/qui triumphabant coronam Lauream cum perueniſſet ad capitolium poſt ſacrificia ponebat in Iouis gremio.

Iulianus impator Romam cū triumpho via Flāminia ingreſſus aureo carpento ciues obuiā factos mira benignitate inſpexit & veneratus eſt dictitās illud Cyneæ Pyrrhi legati verum eſſe tot ſe videre Reges in vrbe Roma/quot ciues populum Romanum ad riſum concitauit:ꝙ porta vrbis ingrediēs celſas & faſtigatas: arcuſq̧ triūphales ꝑaltos & latos/homo paruæ ſtaturæ/caput īcuruaret more anſerum/ leſionem veritus. Is ꝑterea cāpum Martiū cum admiratione inſpiciēs ſepulchrum Aug.cæſaris tot ſimulachris marmoreis & æneis ornatum. Foꝝ Ro. Iouis Tarpei delubra. Thermas. Porticus in ꝓuinciæ modū auctas Amphiteatrum Tyburthino lapide extructum variis picturis & ſtatuis adornatū tantæ altitudinis. Pātheon. Templū pacis circum maximum tot aquæductus. tot Arcus triūphales. tot ſtatuas ꝑ vrbem ad ornatum poſitas obſtupuit ac tādem dixit. Naturā vires oēs in vnam Vrbem effundiſſe. eadem verba in noua Vrbe cæteris paribus vt alter Iulianus dicere poteſt. Si eñ inſpiciamus palatia Pontificū & ædes ſumptuoſiſſimas Cardinaliū adornataſq̧ vineas maximis ædificiis picturis/& ſtatuis exornati. Omitto pulcherrimas Domos & vias ampliſſimas/& tēpla ipſa inſtaurata tēpore Syxti cum pontibus & tuæ beatitudinis: tamen vt ad inceptū redeam prædictos triūphātes oēs tua ſanctitas ſuperauit. deuictis Potētiſſimis hoſtibus fidei Chriſtianæ expulſiſq̧ tyrannis Ciuitates eccleſiæ occupantibus.

Primꝰ triūphus tuæ ſanctitatis fuit de victoria recupatæ Bononiæ: quā vrbem īgreſſus more triūphātium ſanctitas tua triūphali curru iūcta īcedebat cū hymnis & cāticis ꝑcedētibus ꝓceſſionibus & magiſtratibus totiꝰ ciuitatis & vicinoꝝ oppidoꝝ. Poſt quē exornatū triūphum ſubſequebātur Cardinales Reuerēdiſſimi numero. xx. cum epīs. xliiii. & multis ꝑlatis & curialibus.

Erant & milites ipſi variis armis exornati veſtibuſq̧ ſericei auro contexto circū ornati cū inſignibꝰ ruereis. Inter qˢ erat ꝑfectus vrbis & Senogal. nūc vero dux Vrbini nepos tuæ ſanctitatis cū exercitu eccl'iæ variis armis exornatꝰ. Erat & nobiliſſimꝰ Marcꝰ Anto. colūna capitaneꝰ Po. florētini cū multis romanis viris expertis. Erāt & alii milites Flor. Bononiēſes/& Peruſini/Piſtorienſes vniuerſo ppl'o ſpectāte cū plauſu & lætitia cōclamātes. Iuli iu

li. Pater patriæ & conſeruator libertatis & po. Bononienſis.
Omitto Temploꝝ ornamēta & Arcus triūphales ꝑ vniuerſam ciuitatem erectos auro/ſertiſq; exornatos cū epythaphiis de liberatione patriæ a Tyrānica ſeruitute. Omitto p̄terea laudes & carmina pluríb⁹ in locis affixa & recitata: audiebatur vndiq; Clāgor tubaꝝ & claſſicū ſonitum & belloꝝ inſtrumentoꝝ.
Erant p̄terea nōnulli miniſtri tuæ ſanctitatis/qui publice īter plebem ipſam ſpargebāt aureā pecuniam & argenteā in ſignū liberalitatis & magnificētiæ quod ipſi Romani triūphātes in coꝝ triūphis nunq̄ feciſſe legitur/mirabilæ dictu/donec ad Templū ſancti Petri ventū fuit/in quo pactis ſolēnibus ſacrificiis ad palatiū poſtea ventū eſt: vbi & pecunia multa aurea in publica platea militibus ſparſa fuit ſpectaculi gr̄a dataq; benedictione vnuſquiſq; gaudēs ad propriā remeauit. die. xi. menſis Nouemb. M.D.VI. quo anno & flores roſaꝝ & poma / & tēpora extiua fuere e mēſe decēbrio. Et omnes Bononienſes dicebāt vere Iulius pater eſt cœlorum & Planetarum.
Secūdus triūphus fuit recuperatis eccleſiaſticis rebus in īgreſſu magnæ vrbis Romæ: vt tēpla oīa Vrbis aperta variis ſertis & floribus exornata erāt viæq; ipſe arabicos odores ſpirabāt: in q-bus erāt erecti continui arcus lignei auro exornati/colūniſq; deargētatis ſuffulti. Erat p̄terea ipſe arcus Domitiani in cāpo Martio adeo exornatus ac variis ſtatuis & picturis inſtauratus a bona memoria Georgii car. Vlixbonenſis & ep̄i portuenſis ac ſi nouiter ipſe Domitianus iterum triumphaſſet.
Omitto magiſtratus & officiales ac totā curiam Ro. cū ꝓceſſionibus & Clero totius vrbis/qui oēs in die palmaꝝ/occurrerūt obuiam dicētes. Bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i liberator Vrbis & ampliator imperii cōſeruatorq; libertatis eccl'iæ donec ventū eſt ad Vaticanū in tēplo diui Petri apoſtoli/vt alias deo dāte maiora de tua ſanctitate ſcribā/ac Tertium triūphum duobus p̄dictis in meliorem formā redactis addā/quod erit maximū de infidelibus ipſis ac ꝑfidis maumethanis.

### De magnitudine imperii & triūphis.

TRiūphus nō idē valet ꝗ̄ ouatio teſte Pōponio læto qui dicit: Domitis multa cæde hoſtib⁹ habebat̄ triūphus/& boues cornib⁹ auratis mactabātur: cum vero hoſtes ſine pugna & ſanguīe cū ducib⁹ nr̄is cōueniſſent/ qm̄ res pacta ſine cæde eſſet ouatio erat. pedes īgrediebat̄

Vrbem/qui ſic viciſſet ſine ferculoꝝ pompa myrtho coronatus vna cū militibꝰ: tibicines ouātem p̄cedebāt: q̄ paciferæ choreæ inſtrumēta ſunt in ſacris mactabātur oues: vn̄ ouationis nomen. In triūpho clāgor tubaꝝ. In ouatione vero concētus tibiaꝝ. ille Martis hic veneris erat. Scribit p̄terea de magnitudine īperii romani dicēs. Ab ortu vſq; ad Indos ꝓpagati īperii fines: non Euphrates/nō Tygris vetuere/nō ſupbæ regū Perſaꝝ minæ: a meridiæ Aethiopes ꝑ legatos adceſſere: ab Aqlone barbareæ: feræq; legatiōes Sarmataꝝ domitæ: ab occaſu Genſoriacꝰ Oceanus admirabilis victoriæ: teſtis ē ſimul & Britānicꝰ. Igit̄ toto terraꝝ orbe vndiq; Romana arma illuſtres victorias adſecuta ſociis lætitia p̄buere: rebellibꝰ metū terrorēq; pugnare cupiētibus. Porro Perſæ armis Ro. cedere cōfeſſi ītra poſitos termīos ſe tenuerūt.
Vergilius namq; Maro.
Imperium ſine fine dedi.

De veneratiōe principū Ro. btiſſime pr̄ ſcribere nō audeo. dicit eīn p̄dictꝰ Pōponiꝰ. Dioclitianꝰ vero Ro. principū victorioſiſſimus diuinos honores īpatoribꝰ Auguſtis habēdos p̄cepit. nā cū priores vt Cōſules ſalutarētur. Primꝰ ip̄e voluit adorari: velut in eo eſſet cœleſtis maieſtas.: fratrē ſolis ac lunæ ſe nūcupās. Impatores ātea manꝰ exoſculādas nobilibꝰ p̄bebāt. poſtea vero ſubleuabāt ad oris oſculū/vulgꝰ genua exoſculabat̄. Dioclitianꝰ edicto ſanxit vti oēs ſine generis diſcrimīe ꝓſtrati pedes exoſcularētur/qbꝰ etiā venerationē quandā adhibuit exornās calciamenta auro & gēmis & margaritis/qđ feciſſe āte C. Calliculā memorāt de triūpho Domitia. ꝑpulchre ſcripſit Pōponiꝰ li. ii. Quid plura? Auguſti. tria videre voluiſſe dicit̄. ſ. Romā triūphātem. Paulū p̄dicātem/ & Xp̄m ī carne.

## De laude ipſius Vrbis.

DE vrbe Roma multa dicēda forēt. paucis tn̄ verbis expediā. Dicit eīn Pli. li. iii. Nec ignoro īgrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito. ſi breuiter atq; ī trāſcurſum ī hūc modū dicat̄. Terra oīum terraꝝ alūpna/eadem & parēs numine deū electa/q̄ cœlū ip̄m clariꝰ faceret: ſparſa cōgregaret īperia: rituſq; moliret: & tot ꝑploꝝ diſcordes feraſq; linguas ſermōis cōmertio cōtraheret ad colloqa/ & humanitatē hoī daret/ breuiterq; vna cūctaꝝ gentiū in toto orbe patria fieret. Et qd agā tanta nobilitas oīum locoꝝ/q̄s quis attigerit? tāta rerū ſingulaꝝ populorūq; claritas tenet. Vrbis roma vel ſola in ea & digna etiā feſta ceruice facies/q̄ tandē narrari debet ope?

Et qualiter Cāpaniæ ora per ſe fœlixq́ȝ illa ac beata amenitas/ vt palam ſit vno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iā vero tota vitalis ac perhennis ſalubritatis cœli temperies eſt tam fertiles cāpi: tam aptici colles/tam innoxii ſaltus: tam opaca nemora. tam munifica ſiluarum genera: tot montium afflat⁹/tāta frugū & vitiū olearūq́ȝ fertilitas: tāta nobiliū pecorū vellera: tot optima thauris colla: tot lacis/tot amnium/fontiūq́ȝ vbertas totā eā ꝓfundēs tot maria/portus: gremiūq́ȝ terrarū cōmertio patēs vndiq́ȝ/& tāq̄ ad iuuandos mortales ipſa auida in mare ꝓcurrēs: neq́ȝ ingenia/ ritusq́ȝ ac viros & lĩgua manuq́ȝ ſeꝑatas cōmemoro gētes: ipſi de ea iudicauere græci/genus in gloriā ſuā effuſiſſimū quotam partē ex ea Græciā magnā. Scribit prætерea. lib. vii. gētē in toto orbe ꝑſtātiſſima; vna omni virtute haud dubiæ romana extitit.

Strabo ait. Hos quidē proſperos rerū cuctus ipſa regiones natura præbet adiecit ei Romanus populus quicquid ex prouidentia conſultandum erat.

Nā cū in cōdēdis ædificiis græci acuti maxīe ac ſolertes fuiſſe videātur/cū pulchritudinē & munimētū īgenioſe proſpicerēt/portuſq́ȝ & agri feracitatē. hi ea maxīe animaduerterūt: quæ illi parui fecerūt. Hormiſdas a Cōſtantino imp. quid de Vrbe Ro. ſentiret Id tātū placere reſpōdit. quod didiciſſent ibi quoq́ȝ homines mori(vt philoſophū decebat)loquutus eſt. Quid dicā beatiſſime pater de ciuib⁹ & populi ro. numero? Cenſu Romæ agitato iuuenta ſunt ciuium ro. lxix. centena & cxliiii. mil. Olympiade. ccvi. ſalutis vero Chriſtianæ an. xlviii. Hæc eſt illa Roma/que genuit Scipiones & Fabios/Metellos/& Lucullos/Sullā & Mariū/Oratiū & Mutiū/Fabriciū/& Dētatū/Macellos/& Pōpeios/atq́ȝ ipſum Cæſarē & Auguſtū. Hæc eſt illa præclara Vrbs quæ tot excellētes ingenio viros edidit Varronē. ſ. atq́ȝ Catonē: Salluſtiū/Tulliū. & Hortēſiū. Omitto Gracchū: & M. Antoniū/alioſq́ȝ multos prudētiſſimos viros. Hæc tādē illa eſt æterna & potēs aureaq́ȝ Roma q̄ perdomito orbe terrarū genuit Sanctiſſimos pōtifices videlicet. Cletū & Clemētē Marcellū & Syxtū Gregorios & Leones atq́ȝ Syluestrū & alios multos: & ad id ſummi culminis faſtigiū peruenit vt omniū populorū regna: omniū gentiū imperia magnitudine/potentia/virtute ſuperauerit. Iuuēc⁹ hyſpanus in euāgeliorū opuſculo heroicis carminibus aureā Romā nominat. Pompo. vero læ. terrarū deā & gentiū Reginam appellat/quā Vrbē Franc. Petrarca mundi caput & vrbiū reginā vocat. Hic chriſtus profu

go Vicario fuit obuius hic petrus in crucē actus: hic trūcatus eſt paulus: hic aſſatus Laurentius. hic ſepultus venienti Stephano Prothomar. locum fecit: hic ſpreuit feruens oleum Ioannes. hic Agnes poſt obitum viuens ſuos flere prohibuit. Sed quo pergo poſſum ne tibi in hac parua papiro Romā deſignare? Profecto ſi poſſim/ nō oportet: noſti omnia/ nō quia Roman⁹ ciuis: ſed quia taliū imprimis rerū curioſiſſimus ab adoleſcentia fuiſti/ qui.n. ho dic magis ignari rerum romanorū ſunt: q̄ romani ciues inuitus dico. Nuſq̄ minus Roma cognoſcit/ q̄ Romæ: qua in re nō igno rantiā ſolā fleo (q̄q̄ quid ignorantia peius eſt?) ſed virtutū fugam exiliumq; multarum. Quis enim dubitare poteſt quin illico ſutre ctura ſit: ſi ceperit ſe Roma cognoſcere? Forliuienſis autem ſcribit Propria quædā habet Vrbs Roma adeo præclara excelſa & admi rāda: vt nedū alibi in orbe inueniātur. ſed nec etiā transferri liceat optari: qui Romā ipſam rerū caput & Dominā nō viderit temere quicquā alicubi admirabitur. Quid plura beatiſſime pater? Quæ nam eſt illa vrbs in toto terrarū orbe ſub aureo ſæculo fundata ni ſi roma in Latio & Ethruria poſita? Plinius. n. libro tertio ait. Sa turnia inquit eſt vbi nunc Roma. Antipolis vero vbi Ianiculū in parte Romæ. Habet enim ſancta Vrbs limina apoſtolorū petri & pauli & terrā ſacro matyrum cruore purpureā & alia loca deuotiſ ſima cū indulgentiis & reliquiis ſanctorū & ſanctarū dei de qbus in ſequenti libro nonnulla dicam: ſecundoq; finem imponam.

Bartholomeus Cyniſcus Franciſco Albertino.

Qui cupis euerſam iam per tot ſecula romam
Primeuam in faciem cernere: noſtra legas:
His namq; inſpicies fora cuncta: Theatra: Cloacas:
Aelogya: Eurypos: Balnea: Templa: Vias.
Quicquid quale & vbi ſeptē ſub regib⁹: & quid
Induperatorū tempore: & ante fuit.
Hæc mælius nemo eſt qui concinnauerit vnq̄
Quæ vatū mille vix monumenta canunt.

Bart. prædicti Tetraſticon.

I/ liber impauidus domini ſubiturus amici
Iudicium/ hic muſas/ hic helicona colit.
Non eſt quod timeas ſi tu laudaris ab illo.
Spernere tunc ronchos inuidiamq; potes.

## De noua Vrbe.

SYxtus Quartus ſummus & maximus Pontifex cepit Vrbem inſtaurare. Primus.n. obſcuras porticus deſtruxit. ac vias & plateas vrbis dilatauit & latericio opere ſtrauit: eccleſiaſq; multas dirutas a fundamentis in priſtinam formam redegit. Succeſſores vero ipſum imitari conati ſunt. Poſtremo ſanctitas tua & ſyxtum ipſum cæteroſq; breui tēporis ſpatio ſuperauit: opera enim ipſa dilucide veritatem rei demonſtrāt. vt noua vrbs merito appellari poſſit. Multum tamen differt ab illa prima antiquitate: Nam quanta Roma fuit ipſa ruina docet.

Pompo.lætus lib.ii.Ro.hy.ſcribit. Badulam qui & Totila flagellū dei appellatur: poſt euerſam italiam Vrbem ipſam ſolo adequaſſe dicit enim Gotthi duce Totila Vrbem romam proditione Iſaurici militis.xvi. kl. Ian.porta celimōtana ingreſſi īperio potiti ſunt: nec eo contenti bona diripiūt. Mœnia bona ex parte ſolo æquāt: domos aliquot igni abſumunt: incolas omnes cuiuſq; gradus atq; ordinis rex potiſſimum Totila ab Vrbe abire præcepit? ducturus alio in loco coloniam. Multitudo omnis in propinquas Vrbes ſe recepit/ſine habitatoribus vrbis relicta eſt: māſitq; in ea ſolitudine amplius.xl.diebus.

Hæc ſunt tua monimēta parens romule: hæc eſt illa æterna Vrbs terrarum dea gentiūq; Roma/cui par eſt nihil/& nihil ſecundum quæ vndiq; victo pene orbe ad vectos triumphos recepit: cuius imperium occidentis oceano & trans tygritanis regnis terminatum: tu ne illa Roma ad quam tot ſunt ſub cœlo gentes conuenire ius erat? Tu ne illa/ quæ innumerabiles colonias emiſiſti? Sed iam ciuili inteſtinoq; odio eo lapſa es: vt honorificentior habereris: ſi nomen tuum tantummodo extaret. Scribit præterea incendium in Vrbe ſurgentibus flammis diebus.xiiii.emicuiſſe. ſed nō omnia ædificia in cineres fuiſſe. Verumtamen tres regiones Portam.ſ.Capenam. Piſcinam pub. & Auentinum ipſum adeo cōſumpſiſſe vt neq; tunc neq; poſtea reſtitui poterit/ſcribit p̄terea. Hoc in loco digredi non ineptum putemus/vt ſcilicet oſtēdamus epiſcopum ro. caput catholicæ fidei ſemper fuiſſe. Roma ipſa terrarū dea & gentium regina poſcere videtur dei ſedes & imperii generis humani/ſed vbi noua roma præſentibus Aug.lacertos extulit abſentia principum noſtra Roma paululū imminuta vtraq; tamē

Vrbe principatum ſibi vendicante & quæ ſequuntur. De origine
Vrbis & nomine ſatis ab Igino & Fabio pictore & Beroſo dictū
eſt & perpulchre ab Io. An. Viterb. viro Clariſs.
Fabius pictor ait. Denominare.n. aut imponere gētibus & locis
noua nomina: tantum regiam ducūq; ius eſt. Suſcepto igitur ita-
lus italiæ imperio: tum filiam ſuā Romā nomine: Siculis & abori-
ginibus in latio præfecit. Que relicta capena medium palatinum
tenuit/ & in vertice vbi hæret exquilio Romam oppidulum con-
dit quod Valentiam ſonat. poſt eius obitum ob paludes neglectū
oppidum fuit vſq; ad aduentum Aueandri/ qui cū oppido ſimul
reſtituit nomen. Quæ quidem Vrbs Syxti & tuæ ſanctitatis tēpo
re inſtaurata & in nouam formam redacta eſt/ & quotidie diuerſis
in locis ædificiis ampliſſimis exornatur.

## De nonnullis eccleſiis & capellis.

DE primaria baſilica lateranēſi mentionem nō faciam: in
ſtationum opuſculo ſatis dictum eſt ac etiā in palatio
Conſtantini in laterano: tamen pater beatiſſime: iterū
atq; iterum prædictā baſilicam cum baptiſterio appen
ditio pene collabente Sāctitati tuæ plurimum commendo ante-
quam corruat.
Baſilica diui petri apoſt. principis in Vatic. a beato Silueſtro pa.
eiuſdē nominis primo fuit, quæ centū marmoreis eſt ſubſtentata
columnis: quamquidem nunc tua beatitudo amplificat. excedit
enim admirationem & magnificentiā Græciæ in edificatione Tē
pli Aepheſiæ Dianæ ducētis viginti annis factū a tota Aſia. Tem
pli.n. longitudo. ccccxxv. pedū Latitudo vero. ccxx. Columnæ.
cxxvii. a ſingulis regibus factæ. lx. pedū altitudine ex his. xxxvi.
cælatæ. teſte Plinio. lib. xxxvi. Nil mirandum eſt Beatiſſime pater
Nā tēplū cathedralis eccleſie ſancte Mariæ floris nūcupatū/ ciui-
tatis noſtræ Florentinæ e ſeptis quadratiſq; lapidib⁹ cōſtructum
cū nōnullis capellis e muſiuo adornatis marmorib⁹ diuerſorū co
lorū totū īcruſtatū excedit p̄dictæ Dianæ tēplū. Latitudo.n. ipi⁹
eſt ped. ccciiii. ī p̄te crucis/ corpis vero. cxlviii. Lōgitudo toti⁹ ec
cleſiæ ped. ccccc. Altitudo vero. cxl. Altitudo autē marmoreæ te-
ſtitudinis ī medio poſitæ ped. ccciiii. Turris vero cāpanaꝝ marmo
rea variis ſtatuis exornata pe. cclxxx. omitto pauimētū marmoreū
inceptū & ſepulchra pulcherrima ipſi⁹: Templi celeberrimi/ q̄ oīa
deo dāte ſanctitas tua vult ſupare ī ſupradicta baſilica: quod p̄cla

rum & admirabile opus iam ad ſydera tendit fabricæ/cui ſancti-
tas tua Fatium.s.R.E.Car.tit.s.Sabinæ inſtituit.
Omitto turrim campanarum: quam tua beatitudo plumbeis lami
nis exornauit.
Baſilica diuæ Mariæ maioris a diuerſis pōtificib⁹ ampliata: quā
fundauit Ioānes patriti⁹ roman⁹ tpe Liberii.PP.quā poſtea Sy-
xtus.iii.ampliauit & muſiuo exornauit vt in ſtationum opuſculo
dixi.Alexāder vero.vi.laq̄aria aurea poſuit ſupra q̄ hoc āno tua
beatitudo tectum cū trabeis īſtaurauit: omitto organū & turrim
pulcherrimam cāpanaꝶ: quam tua beatitudo plūbea teca & Au-
rata pila cum cruce exornauit.
Eccleſia ſancti Laurentii extra muros quam nuper Reuerendiſſi
mus Oliuerius carrapha.Card. Neapolitañ.exornauit & laquea
ria aurea variis picturis adornata reſtituit. De aliis eccleſiis prīci
palibus & antiqs ſatis in opuſculo ſtationū dixi.
Eccl'ia.ſ. Crucis in hier.in nōnullis locis cū pulcherrima capella
e muſiuo a reuerēdiſſimo Bernardino hiſpano ti.car.īſtaurata eſt
cū imagine p̄dicti viri doctiſſimi ac ſacraꝶ cerimoniaꝶ erudiſs.
Eccl'ia.ſ. Mariæ de ppl'o a Syxto.iiii.fuit ab ipſis fundamētis cū
clauſtro īſtaurata: quā hoc āno tua ſanctitas nō degenerās a pa-
truo Syxto āpliauit pulcherrimiſq; picturis & ſepl'chris cū nouis
capellis & cœmiterio Iulio exornauit vt dicā inferi⁹ de capellis.
Eccleſia ſanctæ Mariæ de pace a Syxto.iiii. fundata poſtea vero
ab Oliuerio carrapha car.neap.exornata.
Eccleſia.ſ. Mariæ in dñica vulgo ī nauicula antiqua & deuota/
quā nup Reuerēdiſſimus Ioānes de medicis flor.primarius Dia
con⁹ Card.S.R.E.eiuſdē tit.collapſam ī priſtinā formā reſtituit.
De p̄clariſſima familia medicoꝶ ſatis in ſtationib⁹ dixi: q̄ qdem
in locis piis oēs alias familias nr̄i tp̄is ſupauit: vt opa ipſa nō ſo-
lum in Italia multis in locis apparet ſed in ipſis eccleſiis & locis
terræ ſanctæ viſunt in laudem p̄dictæ nobiliſſimæ familiæ aucto-
res multi p̄clariſſimi diuerſa opuſcula publicarūt.
Eccleſia ſanctæ Mariæ de Loreta vrbis & eccleſia ſancti Rocchi
ex elemoſinis pub.fundatæ ſunt tpe tuæ San.
Eccleſia ſanctæ Mariæ de aīa apud eccleſiam pacis a natione al-
manoꝶ inſtauratur & amplificatur.
Eccleſia indiuiduæ trinitatis in colle hortuloꝶ a rege Frācoꝶ in
cepta & a reuerēdiſſimo Gulielmo maclouienſe preſbytero card.
& ep̄o præneſt,exornata qui lapides maioris capellæ ex gallia ad

vrbem propriis ſumptibus transferre iuſſit.
Eccleſia ſancti Saluatoris cum eccleſia ſancti Ludouici ibidem contigua fundata eſt a natione Gallorꝝ.
Eccleſia.ſ.Barbaræ ꝑpulchra cōſtructa eſt a natiōe Anglicorꝝ.
Eccleſia ſancti Ioā.baptiſtæ cum fraternitate Floren.ab ipſis florentinis conſtructa.
Eſt & alia eccleſia ſancti Io.bap.de miſericordia cum hoſpitale in qua ſepeliūtur corpora qui pœnam capitalem merētur a natione Florentinorꝝ fundata apud Velabrum.
Eccleſia ſancti Petri in monte aureo ſiue Ianiculo perpulchra a fundamētis reſtituta a regina hiſpaniorꝝ.
Eccleſia.ſ.Iacobi in circo flamminco a natione hiſpanorꝝ diuino officio ſolēniter quotidie veneratur maxima cū reuerētia.
Eccleſia.ſ.Stephani ī celio mōte & alia eccleſia.ſ.Theodoli marty.apud palatiū maius a Nicolao papa.v.inſtaurata.
Eccleſia.ſ.Saluatoris de pede mōtis ī trās Tyberim cū alia eccl'ia ſancti Ioāns.ſ.Coſmæ & Dam.cū monaſterio &.ſ.Stephani ī columnis tipæi cū alia eccl'ia ꝓpinqua ad radices Auētini.
Et eccleſia ſctōrꝝ Quirici & Iulitæ cū eccleſia ſancti Vitalis mar. & ſanctæ Suſannæ & Viti & Modeſti marty.
Et eccleſia ſanctorꝝ mar.Nerei & Archilei cū eccleſia ſancti Stephani in Vaticano cū nonnullis capellis quæ oēs collapſæ a fundamētis Syxtus.iiii.anno Iubilei reſtituit.
Omitto extra Vrbem eccleſiam ſancti Pancratii cum aliis multis/ quibus addidit reliquias & indulgentias.
Eccleſia ſancti duodecim Apoſtolorꝝ cum porticu & veſtibulo inſtaurata fuit a tua beatitudine/vt apparet in epithaphio marmoreo cum his literis:ſcilicet.
SEDENTE Syxto.iiii.Pont.maxi.Iul.Car.ſancti Petri ad vincu.nepos hāc baſilicam pene collabētem reſtituit.
Eccleſia ſancti Petri ad vinc.cū habitationibus fratrū a tua beatitudine maxima impenſa inſtaurata eſt.
Eccleſia ſancti Blaſii de pānetta apud Iuliani palatium a fundamentis incepta eſt a tua beatitudine:cui quidem gratiam concedat dn̄s perfinitam videre.
Eccleſia ſancti Laurētii in damaſo a Damaſo.PP.conſtructa:quā poſtea collapſam Raphael Riarius Reue.Card.tit.ſancti Georgii a fundamentis reſtituit.
Eccleſia ſanctorꝝ Sergii & Bacchi inſtaurata fuit a Reuerendiſſi

mo Gabrieli Cardi. Agrienſi.
Eccleſia ſanctorum Petri & Marcellini a reuer. Philippo card. Ce-
noman. collapſa in priſtinam formã reſtituta eſt.
Eccleſia. ſ. Marci ab ipſo marco. PP. fundata poſtea a Paulo. ii. in
ſtaurata poſtremo vero a reue. card. de Grimmanis exornata.
Eccleſia. ſ. Auguſtini/cũ habitationib⁹ fratrũ conſtructa fuit an-
no Chriſti. M. cccclxxiii. a reuerendiſ. Gulielmo de Eſtouteuil-
la epõ Oſtienſi card. Rothomacenſi &. S. R. E. Camerario.
Eccleſia. ſ. Anaſtaſiæ deuotiſſima/quã collabẽtem partim vero di
rutã reuerẽdiſſimus Robertus vir doctiſſim⁹ eiuſdem ti. pſbyteri.
cardi. Nantẽn. in priſtinam formã reſtituit ampliauitq;.
Sunt & aliæ multæ eccleſiæ inſtauratæ de quibus ne ſim proli-
xus mentionem nõ faciam.
Capella Nicolai. v. & alia ſecreta Eugenii. iiii. quas frater Ioan.
flor. ord. pdi. perpulchre depinxit in palatio aplico ſunt a tua bea
titudine picturis & marmorib⁹ ac porta pulcherrima exornatæ.
Capella. PP. Syxti. iiii. in palatio apoſtolico perpulchra in q ſunt
picturæ noui & veteris teſtamẽti cum pontificibus ſanctis/manu
& arte mirabili nobilium pictorum concertãtium videlicet. Petri de
caſtro plebis & Alexãdri & Dominici & Coſmæ atq; Philippi flo
ren. quam tua beatitudo ferreis catenis muniuit: ac ſupiorem par
tem teſtitudinis pulcherrimis picturis & aura exornauit opus pcla
rum Michaelis archãgeli flor. ſtatuariæ artis & pictura pclariſſi-
mi. Omitto ſacrarum locum ab Innocentio. viii. fundatum am-
pliatum vero a tua beatitudine: in quo ſunt ad honorem dei & or
natum prædictæ capelle paramenta gemmis & auro cum vnioni
bus contexta. ſunt & vaſa multa aurea & argentea cum pulcher-
rimis Candelabris deauratis: quæ omnia tua ſanctitas donauit.
Sunt ibi præterea reliquiæ & cruces & calices & alia ornamenta
a Paulo Syxto & Innocentio/atq; Alexãdro Pontificibus inſti-
tuta. Omitto pluuialem ditiſſimum/quem magnus preſbyter Io-
annes indian⁹ dono miſit Syxto pont. max. Omitto regnũ triũ
coronarum precioſis margaritis a diuerſis põtificibus exornatũ.
Omitto pterea aliud regnum ditiſſimũ id eſt inſulam pontifica-
lem cum aliis ornamentis/& indumẽtis pont. a tua beatitudine.
Quid dicam de. xii. Apoſtolis argenteis deauratis a tua beati-
tudine largitis. Plura q prædictos omnes Pontifices quas ſan-
ctitas ſuperauit.
In eccleſia ſancti Petri eſt capella cum choro & pulcherrimis co-

lumnis porphir. ſpolia thermarũ Domitiani quæ vocatur Syxti capella: in qua eſt ſepulchrum æneum Syxti. iiii. quæ omnia tua ſanctitas in minoribus conſtituta benemerenti patruo poſuit: vt dicam in Epithaphiorꝶ opuſculo.

Eſt & alia capella parua ſed pulchra in eccleſia ſancti Petri ad vincula cum ferreis cathenis beati Petri apoſtoli/ quã tua beatitudo æneis intrinſecus & extrinſec⁹ ſculptis exornauit tabernaculis.

In eccleſia ſanctorꝶ. xii. aplorꝶ eſt capella maior pulcherrime depicta cũ tabernaculo marmoreo. iiii. porphireis colũnis ſubſtẽtato cum alio tabernaculo marmoreo corporis xp̃i & apoſtolorꝶ Philip. & Iacobi ſimulachris cũ ſepulchro Raphael. germano/ quæ oĩa poſuit tua beatitudo ãno ſalutis Chriſtianæ. M. cccclxxvii. vt apertius dicam in Epytha. Omitto marmoream aquilam inter antiq̃s ruinas reptam/ quã ſup̃ portã eccleſiæ. S. tua collocauit.

In eccleſia ſanctæ Mariæ de ppl'o ſunt multæ capellæ variis picturis & marmorib⁹ exornatæ maiorẽ vero capellã tua btĩtudo fundauit/ ac variis picturis exornauit manu Bernadini peruſini in q̃ ſunt ſepulchra pulcherrima vt dicã inferi⁹ de ſepulchris. Omitto coronationem Virginis argẽteam cũ Angelis põdo lib. cl. quam tua ſanctitas dictæ capellæ donauit cũ aliis muneribus.

In baſilica ſancti Petri in Vatic. eſt tabernaculũ marmoreum. iiii. porphireis ſuffultum columnis: in quo ſunt. xii. Apoſtoli ſculpti cum paſſione martyrii apoſtolorꝶ Petri & Pauli: manu Mathei pullarii flor. ſculptoris præclariſs. quod quidem opus mirãdum Syxtus. iiii. reſtituit auroq́ꝫ exornauit.

In Baſilica. ſ. Mariæ maioris in capella maiori eſt pulcherrimum tabernaculũ marmoreum manu Minii flor. impenſa vero reuerendiſſimi Gulielmi de Eſtouteuilla Camerario.

In eccleſia ſancti Laurẽtii in Damaſo eſt tabernaculũ & capella ſacratiſs. Corporis Xp̃i variis marmoribus & picturis/ qđ opus ſocietas eius cũ domina Thereſia Hiſpana fundauit.

In eccleſia. ſ. Mariæ ſup̃ mineruã eſt capella in honorem Virgi. Mariæ & beati Thomæ de aq̃no cõſtructa ac dotata a reuer. Oliuerio carraphe. card. Neapo. ep̃us Hoſtien. quã Phillipp⁹ alteri⁹ Philippi de Lippis pictor excellẽtiſs. Flor. mira arte depinxit vt opera eius Flor. in tẽplo diuæ Ma. Nouellæ demonſtrãt.

Eſt & alia capella de Tornabonĩis florenti. depicta a Dominico Girlandario floren. vt opera eius flor. in templo trinitatis & Mariæ nouellæ demonſtrãt.

Eſt ibi alia capella Vir. depicta a fratre Io.flor.

Sunt in Vrbe aliæ multæ capellæ ornatiſſimæ: vt eſt in eccleſia.s. Mariæ de ara cœli & de pace & .ſ.petri in monte aureo & .ſ.Marci & honorii & aliarum eccleſiarum.

De palatiis pontificum.

PAlatium lateranēſe a veteribus pont.inſtauratū eſt / in quo nonnullæ antiquitates ro. apparent.

Palatiū apoſtolicū.ſ.petri in Vaticano inſtauratū fuit a Nicolao.iii. Vrſino deīde a Nico.v. & Eugenio.iiii. poſtea vero a paulo pio.ii. & a Syxto.iiii. qui artiū & bibliotecas & capellā extruxit. ac vt dicā a fundamentis ipſis totum reſtituit. Deinde vero ab innocentio & Alexandro ampliatum eſt. Poſtremo vero quantū a tua beatitudine ampliatū & inſtauratum ſit res ipſa eſt in promptu. Plus enim tua.S. hucuſq; fecit quā omnes alii prædicti per annos centū nō fecere: in quo ſunt portæ variis marmoribus cum ſtatuis adornatæ a tua beatitudine. Sunt præterea aulæ & Cameræ adornatæ variis picturis ab excellētiſſ. pictoribus cōcertātibꝰ hoc anno inſtauratæ. Præterea faciles aſcenſus ad cōmoditatē ædiū palatinarū cottile opus ex laterculis & lapide Tyburtino: vt ad ſummitatē vſq; tecti facile poſſit equitari. Omitto laquearia pulcherrima auro & picturis exornata in ipſis aulis variis marmoribꝰ & porphireticis lapidibus ſtratis.

Palatium.ſ.Mariæ maioris a Nicolao.v.inchoatū opus ſumptuoſiſs. & imperfectum quod quidem prout erat tua beatitudo exornauit ac portis ac valuis & feneſtris & aliis neceſſariis rebus muniuit: eccleſiamq; ipſam imagine argentea Virginis exornauit tectumq; ſuper laquearia inſtaurauit.

Palatium ſanctorū.xii.apoſtolorū a Martino quinto Colump.inchoatum quod qdē poſtea tua beatitudo a fundamentis ſumptuoſiſſimo ædificio reſtituit ac ſtatuis variiſq; picturis & marmoribus exornauit vna cū eccleſia ibidem incluſa quod quidem Reuerē. F.Sotherinus flor. vult perficere.

Palatiū.ſ.Marci a Paulo.ii.inchoatū.poſtea vero a Laurētio Cibo Car. beneuētano exornatū. poſtremo vero a Reuerēdiſs. Domi. Grimanno cū eccleſia exornatū eſt.

Palatiū.ſ.Sabinæ in quo Honorius.iii. & alter.iiii. Eugenius.ii. Pōtifices habitarūt & antiquum ac deuotū: quod quidē reuerē. Car.montis regalis inſtaurauit: poſtea vero a Fatio Sanctor. Viterb. eiuſdem tit. Cardi. cū Viridario in nonnullis locis inſtaura-

tum in quo loco erant ædes ſabinæ ro.
Palatiũ cõſeruatorũ & Senatoris Vrbis in mõte Tarpeio amplia
tum eſt a diuerſis pontificibus.ſ.a.Bonifacio.ix. Martino.v.Syx
to quarto.& Innocentio.viii.multiſq; in locis tẽpore tuæ.S.pul-
cherrimis picturis exornatũ. In quo ſunt moninẽta q̃ plura Ro.
S.ſtatua Herculis ænea cum hac inſcriptione.
SYXTO.IIII.PONT.NAX.REGNANTE.Aeneum Her-
culis ſimulachrum aurea mala ſecundum viuente Tropeum ſini-
ſtra gerentis in ruinis Herculis Vict.fori boar.effoſum cõſeruato
res in monumẽtũ gloriæ romanæ heic locandum curarunt.
Eſt ibi caput Colloſſi fracti cum hac inſcriptione.
Tempore innocentii Pont.Max.viii.
Caput ex colloſſo Cũmodi Ant.Aug. Alt.tricenum.cubitũ inter
ruinas templi pacis in multa fruſta reperto cõſpiciũdũ conſerua-
tores Vrbis ro.heic iuſſet.Palatiũ nouũ iulianũ cũ eccleſia.ſ. Bla
ſii de pannetta ibidẽ incluſa habet turres & loca fortiſſima pro cõ
moditate & vtilitate pub.quod quidẽ præclarũ opus a fundamẽ-
tis ipſis tua ſanctitas extruxit cum ampla & recta via noua. Omit
to aliud palatiũ apud eccleſiã ſancti Petri ad Vincula nuper ince-
ptum a tua beatitudine. Sunt & alia multa ædificia diuerſis in lo-
cis Vrbis a Syxto & tua ſanctitate conſtructa/ que ad vtilitatem
pub.& ornatum vrbis pertinẽt.vt alias deo dãte copioſiꝰ ſcribã.

## De domibus Cardinalium.

DOmus reuerẽdiſſimi car.ſ.Georgii cũ ſtatuis ac pictu-
ris colũnis & multis marmoribꝰ ſuffulta cũ eccleſia ibi
dẽ incluſa eſt perpulchra:quã Reue.Rap.riariꝰ ſaonẽ-
ſis.S.R.E.Camerarius a fundamentis erexit.
Domus Vrſinorum propinqua cum orologio campi Flo.quam
eximius Franciſcus Venetus Vicecancell.fundauit/poſtea vero
a Reueren.Petro Rhegino ſiculo præſbytero Cardi.intus & ex-
tra variis exornata eſt ſtatuis atq; picturis.
Domus reue.Franciſci Piccolominei car.ſenenſis non longe eſt
a predicta in qua erant ſtatuæ gratiarum poſitæ.
Domus cãcellariæ/quã Rhodericꝰ Borgia vicecãcellariꝰ repauit
Galeottꝰ vero nepos tuæ ſanctitatis Vicecancell. multis in locis
ãpliauit ac ſtatutis marmoreis ac pulcherrimis picturis exornauit
Domus ſancti Laurentii in lucina apud arcũ domitiani a pluribꝰ

card. ãpliata. ſ. a Io. morinẽſi & a Philippo Calẽdrino ſummo pe nitẽtiario: poſtremo vero a Io. bap. Cibo & a Georgio vlis bonẽſi patria portugall. cardinalibus/ cui quidẽ Fatius car. ſanctæ Sabi næ nõnulla ꝓ cõmoditate addidit prout eius inſignia indicant.

Domus. ſ. marcelli fuit conſtructa a reue. Io. Veneto epõ Pont. card. ti. ſ. Angeli.

Dom⁹. ſ. Mariæ in via lata a Reuerẽdiss. Gabriele Agrieſi Car. ti. ſ. Sergii & Bacchi fundata fuit. Poſtremo vero a Reueren. Fa tio de ſanctoriis Viterbenſi Card. titu. ſ. Sabinæ ſumptuoſiss. ædi ficiis ampliata cũ atrio & porticu & capellis & aula pulcherrima depicta. Omitto viridaria/ in quibus ſunt vaſa marmorea ſculpta cũ ſacrificiis & raptu Sabinarũ. Omitto aquarꝝ cõſeruationẽ ſub terraneã/ & cameras variis picturis & ſtatuis exornatis vt eius inſignia palmæ indicãt. Dom⁹ Cardinalis Columnenſis apud ec cleſiam. ſ. xii. Apoſtolorũ quã Io. ii. Diac. Cardi. Colum. pluribus in locis inſtaurauit.

Domus Franciſci Portii nõ lõge a predicta. quam Reueren. Pet. Fuſcherus car. ampliauit.

Dom⁹ reue. Oliuerii carraphæ in Quirinali ſolatii gratia conſtru cta eſt ab eodẽ Reue. Oliuerio card. Neapo. cũ vinea & hortulo & aliis locis multis picturis & epiba. exornatis cũ epigrã. multis.

Dom⁹ Reue. Io. Stephani Ferr. Pedemõtani car. Bononiẽ. apud equos marmoreos cũ hortulo/ & pulcherrimis habitationib⁹. nõ lõge a qua eſt vinea dñi Vlixis de Fano cũ domo pulcherrima/ in quo loco effoſſa fuere multa marmora cũ ſtatuis e quibus vnã ha bet in ædibus ſuis fractã. Cupidinis vero dormiẽtis miro artificio ſculpta eſt in palatio mãtuæ.

Dom⁹ cũ vinea & plurimis hortulis apud eccleſiam ſanctæ Aga thæ reue. Federici Diac. Car. s. Seuerini: in qua ſunt Viridaria per pulchra nõ longe a qua eſt vinea noua reuer. car. de medicis flor.

Dom⁹ Anthonioni Ianuenſis epi p̃neſt. & card. S. R. E. tit. ſ. Pra xedis apud eccleſiã tituli p̃dicti quãq̃ uidẽ Reue. Gabriel de fano eiuſdẽ tituli præſbyteri car. ampliauit.

Dom⁹ ſancti Anto. abb. nõ lõge a prædicta quã Reueren. Fati⁹ ti. ſ. ſabinæ collabãtẽ reſtituit cũ eccleſia ſãcti Andreæ penitus deſti tuta ac pauimẽtũ cũ tecto renouauit & alia q̃ plura cũ hoſpitali/ & horreis addidit in augmentum & ornatum dictæ eccleſiæ.

Domus reue. Ioannis de medicis flor. primarii Diaconii card. eſt apud Alexandrinas & Nerionianas Thermas nõ longe ab eccle-

ſia ſancti Euſtachii/in qua ſunt nonnullæ portæ marmoreæ mixtæ: cum pulcherrima Bibliotheca ſtatuis & picturis exornata.
Domus ſancti Auguſtini a Reuerendiſſimo Dominico Card. Firmiano titu. ſ. crucis fuit conſtructa quam poſtea Reueren. Franciſcus Cuſentinus car. exornauit.
Domus ſancti Apollinaris ædificata fuit a reueren. Gulielmo de eſtouteuilla Car. Rothomacenſi: poſtea vero ab Hieronimo reuer. epo ſabin. & a Leonardo Agē. cardinalibus exornata.
Domus cum turri de Fliſco apud puteū albū/quam Vrban⁹ Lauaniæ comes fundauit: poſtremo vero a Nicolao Lauaniæ comite Cardi. de fliſco ampliata eſt ac variis picturis decorata.
Dom⁹ reue. Iuliani de Cæſerinis Diaconi Card. cū ſpecioſa porta exornata/quam Iulian⁹ eiuſdem domus Diac. Car. patru⁹ fundauit/in qua ſunt ſtatuæ Ro. ſuper portā vero viſuntur inſignia reuera cum his carminibus literis aureis.

Iulius auratas reuerenti in robore glandes
Pollicitus pacem iuraq; remq; dabit.

Domus reue. Io. Iacobi apud tinctam Tyberis.
Domus Farneſia ab Alexandro reue. de Farneſio tit. ſancti Euſtachii amplificata eſt atq; exornata.
Dom⁹ ſ. Mariæ trās Tyberinæ: quā reuer. Marc⁹ Saonēt. doctiſs. vir eiuſdē titu. Cardi. cum horto & aliis habitationib⁹ īſtaurauit.
Domus. ſ. Crucis apud plateam iudeorum ſite viſuntur cum monumentis priſcorum ro.
Dom⁹ reue. car. Sabelli ro. non longe ab eccleſia ſancti Nicolai in carcere in qua ſunt duo ſepulchra marmorea cum ſtatuis ſculpta & Herculis erumnæ ibidem viſuntur. Sub ædibus prædictis eſt Theatrū Marcelli dorico Ionicoq; more pulcherrime cōſtructum prout exiſtunt veſtigia.
Domus Laurentii manilii in platea iudeorum variis epithaphiis & picturis Ro. exornata.
Domus bufalorum nō lōge a colūna antonina. Dom⁹ Hieronymi de picis apud eccleſiā ſancti Laurentii in damaſo nonnullis picturis exornata/atriū cui⁹ lapidib⁹ tyburt. & marmorib⁹ adornatū eſt. Dom⁹ de valle & ſaxolis atq; butii & Mapheis nouæ ſunt variis picturis & ſtatuis adornatæ.
Eſt & dom⁹ epi. N. apud turrim argentinā cum ſcala pulcherrima apud quam Reue. Iulian⁹. ii. de Ceſarinis Diac. car. ſ. Angeli porticum pulcherrimam cum columna precioſa conſtruxit.

Domus Vrſinoꝝ in monte Iordano & aliis locis poſitæ.
Domus Bernardini de monte Falco in Aghonis platea cum puteo pulcherrimo.
Domus Mellinoꝝ eſt apud eccl'iam ſanctæ Mariæ de aĩa.
Domus Ciuium ro. de ſancta cruce cum pulcherr. ſtatuis.
Do. Io. de mõte mirabili epi Vaſion. apud eccl'iam ſancti Aug.
Do. cum vinea apud portã Septi. Auguſtini de Chigis Seneſis.
Domus Hadriani ab ipſo Hadriano car. fundata.
Domus de Finario: quam Carolus cardi. conſtruxit.
Domus de Sotterinis a reueren. Frãciſco florenti. card. vulterano conſtructa.
Domus pulcherrima ſancti Clemẽtis a reueren. dñico cõſtructa/ in qua ſunt infraſcripta carmina in lapide pario ſculpta.

Stet domus hæc donec fluctus formica marinos
Ebibat/ & totum teſtudo perambulet orbem.

Quam poſtea. R. Frãc. de Rio card. papien. exornauit.
Do. in platea ſancti Petri a. R. Marco Veneto conſtructa.
Sũt & aliæ multæ dom⁹ in vrbe. de qbus breuitatis cauſa taceo.
Nullam facio mẽtionem de Turribus: vnaquæq; em̃ domus reueren. cardinalium turres habet.
Eſt turris ſubura in Subura: quæ corrupto vocabulo appellatur turris ſecura pro ſubura.

## De hoſpitalibus.

HOſpitale ſancti Spũs in ſaxia ædificatũ fuit ab Innocẽtio. iii. poſtea vero a fundamẽtis cũ eccleſia ope ſumptuoſo inſtauratũ fuit a Syxto. iiii. Pont. max. in quo Carolam reginã Cypriam recepit a qua munera multa cum ſanctis reliquiis accepit vt dixi in ſtationum & Epythaphiorum opuſculo: & dicitur in ſaxia a vico ſaxonum: qui ſaxones tẽpore Hadriani primi pontificis in dicto loco ob vrbis & eccleſiæ defenſionem recepti fuere.
Eſt & hoſpitale digniſs. ſancti Saluatoris in Laterano.
Eſt & hoſpitale. ſ. Saluatoris & Mariæ de cõſolatione apud capitoliũ ex elemoſinis cõſtructum cũ hoſpitale Ianuẽſium a camera ap'lica ampliatum. Omitto hoſpitale Almanoꝝ / Anglicorũq;/ & Galloꝝ/ atq; Hiſpanoꝝ/ Florẽtinorũq; & aliaꝝ nationũ. Tamen pater Beatiſs. nullũ ex p̃dictis ĩuenio/ vt eſt illud. ſ. Mariæ nouæ de floren. ab Eugenio. iiii. cõmendatũ / eccl'iam cui⁹ cõſecrauit/ in quo loco ad min⁹ ſunt. ccc. infirmi/ totidẽq; mulieres in hoſpi-

tali coniuncto cum omnibus medicorum ſubuentionibus. Omitto hoſpitale præclarum ſanctæ Mariæ de miſericordia a Pio.iii.maxime cõmendatum. Omitto præterea hoſpitale ſancti Saluatoris de congregatione preſbyterorum/ac ſancti Ioan.bapt.de Bonifacio & alia quæ quidem oia ſunt nu.xxxviii.

## De Bibliotecis nouæ Vrbis.

IN Palatio apoſtolico in vaticano eſt illa pclara bibliotheca a Syxto.iiii.cõſtructa cũ eius imagine/ac pulcherrimis picturis exornata cũ his Carminibus.

Templa domum expoſitis:vicos fora mœnia pontes
  Virgineam triuii quod repararis aquam.
Priſca licet nautis ſtatuas dare commoda portus
  Et Vaticanum cingere Syxte iugum.
Plus tamen Vrbs debet/nam quæ ſquallore latebat
  Cernitur in celebri bibliotheca loco.

Sunt picturæ doctorum & alia carmina vt dicã in opuſculo Epitha. Eſt & alia bibliotheca apud prædictam/quæ græca dicitur ab eodem Syxto cõſtructa cũ camera cuſtodũ. Eſt & tertia bibliotheca pulcherrima/in qua ſunt codices auro & argẽto ſericiniſq; tegminibus exornati a pdicto Syxto cõſtructo:in q loco Vergilii opa vidi literis maiuſculis cõſcripta. Omitto ſtrumẽta geometriæ & aſtronomiæ & alia q̃ in liberalibus diſciplinis ptinent auro & argẽto picturis exornata. Eſt pterea bibliotheca noua ſecreta ppulchra(vt ita dicã)Peſilis Iulia:quã tua beatitudo cõſtruxit ſigniſq; planetarum & cœlorum exornauit/additis aulis & cameris ornatiſſ. atq; deambulatoriis auro/ & picturis ac ſtatuis exornatis nõ longe a capella ſyxtea. Omitto bibliotecam ſancti Petri a diuerſis pont.cõſtructa & a tua btitudine exornata. In eccl'ia ſctõrum.xii. Apoſtolorum & ſancti Petri ad vinc.ſunt bibliotecæ a tua btitudine cõſtructæ atq; picturis exornatæ. Præterea ſunt in vrbe aliæ multæ bibliotecæ antiq vt apparet in eccl'ia.ſ. Mariæ ara cœli & mineruæ &.ſ. Auguſtini & Sabinæ & aliorum locorum. Eſt pterea in ædibus Reueren.Io.de medicis flor.primarii diaco.Cardi.bibliotheca pulcherrima codices cui⁹ magnificus Laur.pater ei⁹ ex græcia nõnullos p angelũ Politianũ trãſlatare ac multos Flor.tranſcribere fecit:in q ſunt nõnullæ ſtatuæ marmoreæ cũ Satyro pulcherrimo. ſunt ibi pterea opa multorum philoſophorum & poetarum/oratorũq;. Omitto opuſcula infinita diuerſorum auctorum in laudẽ præſtãtiſſimi Coſmi de medicis/qui Venetiis bibliotecã pulcher

rimam conſtruxit in eccleſia ſancti Georgii. Vidi præterea nonnulla opuſcula in laudē Petri & Laurētii de medicis q̄ oīa Guerrinus vir doctiss. mihi oſtēdit. ſunt p̄terea opa multa ſuper Platonem a Marſilio ficino flor. Extāt & opa baptiſte Leonis de albertis flor. exqſitiſſimæ doctrinæ: qui libros. x. de architectura cōpoſuit: q̄s Bernardus eius frater doctiss. vir emēdauit/ ac Laurētio medici (vt erat volūtas auctoris mortui) p̄ſentauit cum aliis opuſculis: q̄ oīa noſter Romulus aretin⁹ efflagitauit vt īprimerētur: & accepta copia illi⁹ architecturæ lib. Sigiſmūdo viro doc. & ſecretario ſanctitatis tuæ donauit. in q̄ bibliotеca ꝓ cōmodo ſuo qſq; ſtudere pōt non obſtāte p̄ntia reuerē. Card. viri doctiſſimi græcaꝝ/ latinarūq; lr̄aꝝ & muſicæ pitiſſimo. Lilius cū Vicētinus ait. Diuoq; Laurētio baſilica ornatiſſima eximio ope/ ac magno impēdio a deuotiss. Coſmo mediceo cōſtructa cū bibliotеca qui & celebrari monaſteriū beati Marci euāgeliſtæ or. ſ. Dn̄ici a ſolo ædificauit cū pulcherrima bibliotеca latina & græca atq; hebrea: aliudq; apud Feſulas canonicorum Regu. vbi bibliotеcis adeo pulcherrimis & libroꝝ copia refertis: vt oēs ſuparent: quas ſuo tempore habuit Italia.

## De Caſtro ſancti Angeli.

CAſtrū. ſ. Angeli vt ſupra dixim⁹ in mole Hadriana ab ipſo Helio hadriano īpe. conſtructū fuit. moleſq; Hadriani dicebat̄. poſtea vero turris Creſcētii. Poſtremo aūt caſtrū. ſ. angeli ꝓpter apparitionē angeli tpe Gregorii pa. ob quā cām eſt ibi capella cū picturis miraculi dedicata vt ī ſtationib⁹ dixi. & a Bonifacio. ix. cepta muniri. deide ab Alexan. vi. poſtremo vero a tua btītudīe multis ī locis īſtaurata: ī qua mole ſunt portic⁹ cū viridario & fortiss. turrib⁹ in q̄ loco pōtiſices ipſi tuto ſe defendūt. Sed conq̄ror de fortuna btīſſime p̄r/ ob grām vero lætor. ſum nāq; p̄re Sancto mr̄e vero āgelica noīeq; Frācīſco a michael angelo patruo educat⁹ ſub tutela vero Xāctæ viduæ nat⁹ florēti. patria īuidi fortuna mihi erūnas & inopiā tribuit cū ſeruitute volūtaria q̄uis patiētia/ duce virtute/ ſit victrix fortunæ (vt tuæ ſæpe accidit ſanctitati) quā deprecor vt ſeruulū Albertinū reſpiciat/ ac ſemper defendat.

In dicta mole vidi affixa in die coronationis carmina infraſcripta aurelii Sereni Munopol.

Oraclo vocis mundi moderaris habenas
  Et merito in terris diceris eſſe deus.

Te nemo ſuperat ſancta pietate/ fideq;/
Relligione graui/moribus/atq; probis.
Tanta tibi eſt animi probitas/quod Iulius alter/
Inter pontifices nemo repertus adhuc.
Nullus adhuc fuerat tanto iam nomine dignum
Tu ſolus Iulii diue ſecundus ades.

De Beluidere.

INter Palatiū apoſtolicū & palatiū Innocētii.PP.viii. in loco/q Beluidere dicit̄.tua.S.cōſtruxit ædificiū ꝑpertuū ope ſumptuoſo variis lapidib⁹/ & æneis/marmoreiſq; ſtatuis exornatū. Omitto loca pulcherrime depicta/ in qbus ciuitates Italiæ celeberrime depictæ viſuntur. Omitto ꝑterea loca āpliſſima & amena dorico more cōſtructa cū turrib⁹ & balneis/& aq̄ductib⁹. Sunt ibi nemora feraꝝ & auiū cum Viridariis & hortulis/ qbus in locis hoīesſolatii cauſa vagari/debacchariq; poſſūt. Omitto loca ſūptuoſiſſima thei marꝫ more cōſtructa: adeo q̄ eq̄ſter ꝑ latū & altū parietem tripl'r ab vno palatio ad aliud facile ꝑuenitur maxīa pontificū/cardinaliūq; cōmoditate vna cū vtilitate & pulchritudīe.Omitto locū ꝓ cōclaui deſignatū a tua btītudine & mōtes ipſos adæq̄tos/& valles ad impletas & alia multa ibidē maximis ſumptib⁹/breuiq; curriculo tp̄is cōſtructa:q̄ quidē oīa aliā vrbem demōſtrāt. Omitto deniq; latū/& altū parietē recto tramite deſignatū a palatinis ædib⁹ ad molē vſq; Hadriani cū amplificatiōe Leoninæ ciuitatis & alia q̄ multa ibidē deſignata a tua ſanctitate.

De Porticibus.

IN vaticano ē portic⁹.ſ.Pet.duplex:ī pariete vni⁹ ē nauis fluctuās cū apl'is e muſiuo depicta ab Iocto flor.pictore excellētiſſ.ſimul cū architectura:vt apparet in ꝑclara turri marmorea eccl'iæ florētinæ.Opa cui⁹ ꝑ Italiā multis in locis extāt:fuitq; a Bn̄dicto.xi.pont.max.in Auinionem ad pingendum martyꝝ hiſtorias accit⁹ ingēti ꝑcio/morte īteruenīete opus omiſit.In ſepulchro marmoreo cui⁹ ſunt Car.

Ille ego ſum per quem pictura extincta reuixit.
Vt aperte dicam in epitha.opuſculo.
In prædicta porticu.s.Pet.viſuntur carmina inciſa.
Quem liquidos pelagi gradientem ſternere fluctus.
Imperitas fidumq; regis trepidumq; labantem
Herigis: & celebrem reddis virtutibus almum.
Hoc iubeas rogitante deus contingere portum.

Apud gradus marmoreos plateæ.ſ.petri eſt porticus pulcherrima a Pio.ii.fundata.vulgo Benedictio pontificis dicitur: poſtea vero ab Alexan.poſtremo autem a tua Beatitudine ampliata: opus quidē neceſſarium oportet enim ceptū principiū cum plateæ latitudine adimplere quod quidem eſſet opus præclarum.

Eſt porticus clauſtralis palatina a Syxto fundata.

Eſt porticus.s.xii.apoſtolorum a tua Beati.fundata.

Eſt porticus ſancti petri ad vincula a tua.S.cōſtructa/in qua depicta fuere carmina infraſcripta.literis aureis apud inſignia ruerea.

Aſtra palatinis quæ tangit ab ædibus hoſpes.
Hac primum nata eſt Iulia quercus humo.

Sunt in Vrbe & aliæ porticus diuerſis in locis conſtruc.

## De viis & plateis.

VIa pontificum notiſſima/ per quam pont.ad Lateranī. incedit a Syxto.iiii.ampliata/deīde ab innocētio.viii. Poſtremo a tua Beatitudine multis in locis ampliata.

Via iulia noua a ponte Iulio ad Syxti vſq; pontē quā tua Beati.incohauit ad vtilitatem totius vrbis.

Via Alexandrina in ciuitate Leonina ab Alexan.vi.inchoata tuæ vero beatitudinis tempore perfecte cum alia via propinqua non longe a porta viridaria/quam tua Sanctitas hoc anno ordinauit.

Apud pontem.ſ.Angeli eſt via Syxtina cum his carminibus in lapide marmoreo inciſis.

SYXTI.iiii.Pont.Max.Iuſſu.
OPT. AC PIIS

Quam bene Xyſtina hæc quæ propter fluminis vndas
Actoris meruit nomen habere ſui.
Hæc Mariæ quo templa dedit via tramite recto
Fecit vt a petri ſedibus eſſet iter
Xyſte tuum munus iam nunc Xyſtina vocati.
Roma potes:minus eſt condere quam colere.

Via.ſ.Celſi a Syxto inſtaurata & a tua Beati.ampliata.

Via iudeorum cū aliis duobus propinquis a tua.S.amplia.

Via.ſ.Luciæ in pōticis obſcuris cum alia ibidem propinqua hoc anno ampliata fuit a tua beatitudine.

Omitto vias multas in cāpo Martio & apud eccleſiam apoſtolorum & Mariæ ſuper mineruā atq; Nicolai/& tranſtyberinæ regionis quas qdē ſanctitas tua dilatauit ac lateritio opere ſtrauit.

Sed miror cū tui ꝓdeceſſores beatiſſime pater minime aliquid ꝑ

cōmoditate viatorū ac etiā curialiū & viarū auſi fuerint proſternere vel ampliare Bonum eſſet: vt tua. S. cum tot & tanta in vrbe fecerit in itinere ab vrbe ad Bacchanum vſq; pro vtilitate cōmuni vt perpetua ſit tuæ ſanctitatis memoria iter ſit tutū proſtrata via nemore in parte deleto curare. Platea. ſ. Petri a ſyxto & Pio & tua beatitudine ampliata eſt cum platea ſancti Celſi & Mariæ Rotundæ & iudeorum & Agonis. Platea. ſ. Euſtachii & martii campi & piſcinæ & Laurentii in damaſo atq; Marcelli & . ſ. xii. apoſtolorū & pluribꝰ pōtificibꝰ inſtitutæ ac tpe tuæ. S. lateribus ſtratæ fuere editis Cloacis. in platea iudeorū vidi lapidē marmoreū cū his literis ſculptis.

IVLII. II. Pont. Opt. Max.
AVSPICIIS.

Iacobus Albertinus & Hieronymꝰ picus Aediles. Anguſtia viæ ad forum iud. offenſi coactis regredi domib. ampliand. coerauer. idemq; probauerunt anno Chriſti. M. cccccviii.

Omitto plateas tranſtyberinas & aliorum locorum Vrbis/ quas omnes tua. S. exornauit amplificauitq;.

## De ſepulchris memorandis.

IN Baſilica lateranēſi eſt ſepulchrū æneū variis marmoribus exornatū Martini. P. v. Columpnēſis non longe a quo eſt lapis marmoreꝰ cū inſcriptiōe. R. Alberti de albertis flor. Car. titu. ſāctæ Crucis. āno xp̄i. Mcccclv. cū alio ſepulchro porphiretico miro artificio ſculptū. In eccleſia beati petri in Vaticano ī medio capellæ ſyxti eſt perpulchrū æneū ſepulchrū variis ſtatuis exornatū: quod qdē tua beatitudo patruo ſyxto ſummo pōt. B. M. Pos. an. xp̄i. Mccccxciii. Nō lōge a quo eſt aliud æneum ſepulchrū quod quidē Laur. Cibo Car. poſuit patruo innocētio. PP. viii. B. M. Omitto ſepulchra duo Pii. ii. & . iii. ſenē. marmorea manu, flor. ſtatuis & picturis exornata.

In eccleſia Diuæ Mariæ maioris eſt ſepulchrū io. Patthii Fūdat. eccleſiæ in labro porphiretico cū aliis ſepulchris memorandis.

In eccleſia. s. Mariæ de populo ſunt multa ſepulchra Cardinaliū variis picturis & ſtatuis exornata.

In maiori vero capella ſunt duo ſepulchra marmorea pulcherrima q̄ tua ſanctitas Aſcanio mariæ Vicecācellario/ & Hieronymo ſaonenſi Card. ben. Mer. Pos. manu Andreæ ſanſuini flor. excel. ſtatuarii. In eccleſia. ſ. Mariæ Nouæ eſt ſepulchrū marmoreū ad ſiniſtrā maioris capellæ vnionibꝰ exornatū: in quo requieſcit cor

pus Reuerē.ac ſapientiſs.Alemanni de admirariis florētini card.
titu.s.Euſebii.Omitto ſepulchra eccleſiarū multarū vt eſt in ara
cœli & ſanctæ Mariæ ſuper mineruam & Auguſtini & .ſ.Pauli &
Agnetis vir.extra Vrbē.Tamē beatiſſime pater in ciuitate flor.vi
di ſepulchra multa ænea/& marmorea miro artificio ſculpta:de q
bus mentionē faciam vt ſanctitati tuæ aliquātulum delectationis
dem.vt eſt in eccleſia diui Laurentii ſepulchrū manguifici coſmæ
de medicis marmoribus & lapidib⁹ porphireticis exornatū cum
æneis craticulis & hac inſcriptiōe.ſ.DE CRETO Publico pater
patriæ.Nō lōge a quo eſt aliud præclariſſimū ſepulchrū æneum
variis marmorib⁹ porphireticis exornatū quod qdē Laur.& Iul.
de medicis poſuerūt patri patruoq;.Omitto alia ſepulchra medi-
cea ibidē poſita variis marmorib⁹ & picturis exornata.
In eccleſia.ſ.Io.bap.eſt ſepulchrū æneū Io.coſſæ quondā.PP.
variis picturis & marmorib⁹ exornatū.In eccleſia ſanctæ Crucis
ſunt multa ſepulchra marmorea vt dicā in opuſculo epitha. Omit
to ſepulchra Abbatie & .ſ.Mariæ nouellæ & Trinitatis cū lapidi-
bus marmorib⁹ ac porphireticis variiſq; picturis exornata.Omit
to prætera nōnulla ſepulchra e lapide indice cōſtructa vulgo pe
ragone maxīe exiſtimatiōis & pretii auro exornata.In eccleſia ſan
ſte Mariæ de Carmino ē ſepulchrū marmoreū ſtatuis & picturis
exornatū quod qdē Reue.Franc.Car.Vulterr.& magnific⁹ Pet.
de Sotherinis ei⁹ frater prim⁹ & ppetu⁹ dux & Cōfalonari⁹.S.P.
Q.F.Viri doctiſs.atq; ditiſs.Thomæ eqti deaurato pr̄i.B.M.po
ſuerūt.Omitto ſepulchrū excell.maxīe exiſtimatiōis ad honorem
ſancti Io.gualberti in eccleſia indiuiduæ Trinitatis cōſtructum.
Omitto ſepulchra multa extra vrbē vt eſt in eccleſia.ſ.Miniatis ſe
pulchrū marmoreū Reue.Iaco.car.ti.ſ.Euſtachii vt dicā ī epitha.
Eſt & aliud ſepulchrū marmorib⁹ & porphireticis lapidib⁹ exorna
tū ī eccleſia mōtis Oliueti a Gulielmo de capponib⁹ flor.epō cor
ton.cum capella & aliis ædificiis conſtructum.

## De valuis & columnis æneis.

IN baſilica lateranēſi ſtāt quatuor īgētes colūnæ æneæ
q̄ tp̄e Titi(vt circūfert)& veſpaſiani ad Vrbē trāſlatæ
fuere/aliq aūt credūt eas fuiſſe colūnas quas Vergili⁹
ī tertio Geor.lib.memorat.
Fulgētes ære columnas ſub Aug.principe.
Erant & aliæ columnæ multæ in Vrbe.
In baptiſterio & ſancta ſanctorū ſunt portæ æneæ vt in ſtationib⁹

dixi. Omitto portas æreas. ſ. Adriani & Mariæ Rotundæ & Oratorii. ſ. Petri ī Vaticano & alioꝝ locorū vt ī capella. ſ. Petri ad vincula cū inſcriptiōe Syxti & Iulii. In baſilica. ſ. Petri eſt p̄clara porta ænea. quā Eugeni⁹. iiii. fabricare fecit a præclariſs. Anto. flor. erario ſculptore. Tū pater beatiſs. portæ baptiſterii diui Io. bap. ī ciuitate flor. poſitæ multū a p̄dictis differunt: in qb⁹ inenarrabili ſculpti æris opere noui ac veteris teſtamēti hyſtoriæ apparēt: vtraꝛūq; ſculptor fuit Lau. cinon⁹ flor. ſtatuarie qdē mirabilis artifex quod opus nō minore tamē ſpacio quā quinquaginta annorū tēpore abſoluit. Omitto portas æneas cū duob⁹ ſuggeſtis & aliis rebus in eccleſia diui Laurētii manu Donati florē. q & æneū ſepulchrū Io. pp. in bapt. fabricauit. In Cathedrali eſt porta ænea manu lucæ de Rubea ſculptoris p̄clariſſimi. Omitto ſtatuas pl'cherrimas pub. in locis poſitas: vt apparet in cathedrali & turri Campanarū & palatio priorū libertatis & . ſ. Michae. & ī ædib⁹ mediceis ac patianis ab ipſis flor. fabrefactæ.

De officina cudendæ pecuniæ.

NOn lōge ab eccleſia. ſ. Celſi tua ſanctitas officinā pecuniæ cudēdæ cōſtruxit: ī quo loco Aurū & argētū deargētatūq; Aes florētinorū more p̄ducere facit. Fiūt eñ argēti nūmi Iulii appellati cū apoſtolorū ac Rueręæ familiæ inſignib⁹ cudūturq; medii iulii ac diuerſarū pecuniarum genera imprimūt / quæ nūq̄ huiuſmodi Romæ nec in terris eccleſiæ viſa ſunt. Omitto aureos nūmos variis caracterib⁹ īpreſſos cū æneis triētib⁹ deargētatis: q oīa ad Vrbē ipſam florētini tranſtulerūt mutatis inſignib⁹. Aure⁹ nūm⁹ florētiæ extēſus fuit anno xp̄ i Mccccxiiii. quia lucri gratia / q̄dā aliæ ciuitates illū extēdētes figurabāt: in quib⁹ nūmis ab vno latere Chriſt⁹ cū Io. Bapt. baptizan. ab alio vero liliū: ī æneis vero deargētatis Ioā. Bap. ſol⁹ ab altera p̄te liliū p̄dictū. Omitto alias officinas & pōticas multas diuerſarū rerū a tua Bea. cōſtructas ad vtilitatē & ornatum vrbis.

De fontibus & pontibus.

IN Vrbe plures ſunt pōtes vt ſupra enarraui inter pontē Syxti Aelii Hadriani erat pōs triūphalis / quē nunc tua beatitudo vult īſtaurare & iā Iuli⁹ pōs a pp'lo Ro. appellat̄ fundamēta cui⁹ extāt diruta nō lōge ab eccleſia ſancti Spiritus. de aliis pontibus nullā facio mentionem q̄uis a tua beatitudine multis in locis inſtaurati ſint.

Pōs ſcī Bartho. a Bñdicto īſtaurato vt apparet ī lapide marmoreo.

BENEDICTVS Almæ vrbis ſummus Senator reſtaurauit hūc pontem fere dirutū. Pons. ſ. Mariæ a martino.v.colūnenſi inſtauratus. In platea diui Petri in Vat. eſt fons variis marmoribus ab Innocētio & Alex. & a tua Beati. inſtaurat⁹. Eſt & fons in loco/qui Beluidere dicitur cū puteo & aq̄ ductibus ſubterraneis miro artificio cōſtructus milliario.ii.ad Vrbem pductis a tua.S. Eſt & fons aq̄ Virginis in triuio Fonte in cāpo martio a Nicolao.v.& Syxto.iiii.reſtitut⁹: in q̊ loco.D.Bartholome⁹ de doxis aduocat⁹ cōſiſtorialis ppulchras ædes fundauit cū Viridario/& fonte marmoribus exornato / vbi dicta ſapientū ſculpta ſunt: in parte vero anteriori ædium legitur inſcriptionem cū his literis.

VIRGINEM Aquā ad.viii.ab vrbe lapidem via pneſtina col lectam.M.I.F.C.Sētio.Sp.Lucretio Coss.adduxit. Prædictam aquā hoc anno nō ſine maxīo diſpēdio tua.S.inſtauratis aq̄ductibus reſtituit. Eſt & fons marmoreus apud eccl'iam. ſ. Mariæ trāſtyberinæ/quē Lupes Car.fundauit/vt carmina ſculpta denotant/& cū deſiccat⁹ fuerit Reueren. Marcus Vigerius Saonēſis vir doctiss. eiuſdem titu. Car. in priſtinam formam reſtituit. Sunt & alii fontes in Vrbe in campo Martio diuerſis in locis vt eſt in domo Ioan. piccinini & in vinea eiuſdem.

De Cloacis & purgatione Anienis.

MVltis ī locis Vrbis ſunt Cloacæ a diuerſis pōtificibus cōſtructæ: vt corꝶ inſignia demōſtrant: nouiſſime vero plurib⁹ in locis nōnullas inſtaurauit ac nouas conſtruxit tua btītudo. Quæ qdem alueū Tyberis & Anienem ipſum purgare fecit/ vt nauigabilis fieret. Opus qdem pclarꝶ & vtile vrbi Ro. Tyburtinæ qꝫ ciuitati: quæ qdem oīa miro artificio & īgenio a tua ſctītate admuēta ſunt/vt naues ipſe facillime in Tyberim ipm pducātur onuſte/maxīa cōmoditate ſimul cū vtilitate toti⁹ vrbis. De Tybride flumine regali nullā facio mētionem qui ſæpe vrbē ipſam inundauit: vt fuit tpe Alex. vt apparēt in lapidibus marmoreis apud eccleſiam mineruæ & Mariæ trāſpōtinæ & ſancti Euſtachii: in radicib⁹ Apēnini oritur ab alia vero p̄dicti mōtis parte naſcitur Arnus fluuius Regalis.

De ædificiis a Iulio ſecūdo diuerſis in locis cōſtructis.

IN vrbe ipſa magnū & admirabile opus baſilice.ſ.Petri in Vat. Sāctitas tua īcepit āno xpi.M.dvii.die.xv. mēſis April. in fundamētis cui⁹ tua btītudo primū lapidem marmoreum cū aureis nūmis ſolēniter poſuit

manu ꝓpria preſentibus.xxxv. Cardinalibus & tota curia & po. Ro.cū hymnis & cāticis poſt miſſam de Spū ſancto a re.Frācíſco ſotherino flor.card. Vulterano ibidē ſolēni pōpa celebratā/ ī quo lapide erāt inciſæ infraſcriptæ lr̄æ a Dn̄ico antonio de chiarellis. IVLIVS.II.PONT.MAX. AEDEM DIVO Petro dicatam vetuſtate collabētem in digniorem ampliorēq; formā vt erigat fundamēta iecit anno Chriſti.M.D.VII.

Omitto cerimonias multas quas eodem die ibidem fieri vidi a Pontifice & Cardina.& Prælatis.

Quid dicā de eccl'ia.s.Mariæ de ppl'o & ſſtōꝝ.xii.Apl'oꝝ.&.s. Petri ad vinc.&.s.Blaſii&.s.Agnetis extra Vrbem ac.s.Mariæ de cripta ferrata:q̄s collabētes.S.tua reſtituit cū ædibus fratrū. Omitto palatiū.s.Petri tot in locis inſtauratū & gimnaſium publicū apud eccl'iam.s.Iacobi apoſtoli ac palatiū nouum Iulianū & aliud palatium.s.Petri ad vincula hoc anno inceptum.

Quid ꝑterea dicā de ſumptuoſo Palatio.s.xii.apl'oꝝ cū Viridario pulcherrimo/qđ q̄dem opus reuerē.Frāciſcus ſotherinꝰ flo. vult ꝑficere & iam īcepit? Omitto ꝑclaꝝ opus cū aq̄ductibꝰ in loco q̄ beluidere dicit̄/ ac multa alia ædificia extra vrbem cōſtructa/vt apparet ī ciuitatibꝰ Hoſtiæ Tyberinæ ac Portueñ.& ciuitatis Veteris & Viterb.& aliaꝝ ciuitatum eccl'iæ in q̄bus palatia Pontificū.S.tua cōſtruxit. Omitto arcem ipſam Surrianā & aliorum locorum ædificia.

Quid dicam de eccleſia ſanctæ Mariæ de Loreta inſtaurata? Omitto palatium magnum in ciuitate propria Sao.conſtruc.

Quid dicā de arce inexpugnabili Bononiēſis ciuitatis a tua beatitudine fundata? Omitto palatiū ep̄ale ſancti Petri cōſtructū & palatiū pontificis inſtauratū cū capella pōtificis a tua ſanctitate. Omitto ſtatuā æneam cubitoꝝ.xx.quā Boñ.populus tuæ ſanctitati poſuit manu Mich.archāgeli flor. Quid plura? in galliā vſq; ædificia pluribus in locis conſtruxit ſanctitas tua vt apparet in Auinionenſi ciuitate quotidieq; nouas incipit fabricas.

Beatiſſime pont.Iuli.gr̄as agamꝰ dn̄o Deo nr̄o/q̄ fecit victoriā & dedit poteſtatē humilibus: depoſuitq; ſuꝑbos ac potētes VENETOS de ſede ciuitatū eccleſiæ & alioꝝ principum tp̄e tuæ ſanctitatis/quæ q̄dem nunq̄ tp̄e alioꝝ Pontificū ea pace & tranquillitate/qua nūc viuūt/extitere:in quibus tēpla ad honorē dei & palatia ad vtilitatem Pontificū & ornamētum ciuitatis ædificanda fore in ipſis viſitationibus a tua beati.creditur.

## De laudibus ciuitatum Florentiæ & Saonenſis.

DE ipſa Italia beatiſſime pater nullam facio mentionem ait em̄ Pli. Hæc eſt illa Italia diis ſacra: q̄. L. Aemilio P.C. Statilio Regulo cōſulibus nūtiato gallico tumultu ſola ſine externis vllis auxiliis atq; etiā ſine trāſpadinis: equitū octogīta mill. armauit: & q̄ ſequūtur. Eſt em̄ Italia ꝓuincia Europæ & oīum totius orbis celeberrima numine diuino electa: q̄ vt orbem ip̄m clariorem faceret: ſparſa cōgregauit imperia/ in qua eſt æthruria cuius caput eſt Florentiæ pulchra/ de qua: vt in prohemio dixi nonnulla ſcribam.

Florētia initiū habuiſſe videt̄ ante dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i aduētum annis octogīta trib⁹ Romanoꝝ. Colonia. zaccharias em̄ Lili⁹ Vicētinus ī lib. de ſitu orbis dicit. Florētia vrbs īclita & nobiliſſima totius æthruriæ nūc primaria/ q̄ ante xp̄i aduētū nonageſimo anno a Syllanis militib⁹ cōdita fuit: hāc vrbem oīum Italiæ pulcherrimā Arnus regalis fluui⁹ placidus īterfluit vndis/ q̄ atriis & pōtibus nobiliſſimis tēpliſq; deo dicatis/ ac magnificis ciuiū ædibus decorat̄/ cam Totilū gothoꝝ Rex p fraudē cepit ac diruit: quam Poſtea Carolus magn⁹ īpator cū ex vrbe Roma tpe Leonis ī galliā rediret mœnib⁹ ac portis inſtauratā maiorem ambitū circūdedit ac nobiles florētinos p vicina oppida diffuſos in vrbē ipſam reduxit cum feſulanis cāq; digniſs. priuilegiis donatā liberā eſſe voluit legeſq; ac magiſtrat⁹ cōceſſit: in q̄ multi Pōtifices pr̄ beatiſſime Conciliū & Synodū fecere/ vt fuit tpe Felicis. PP. ii. āno xp̄i. M.LV. poſtea vero a paſcale. ii. celebrata fuit Synodus anno xp̄i. M.cv. in q̄ fuerūt. cccxl. ep̄i cōgregati. fuerūt pterea multi pōtifices q flor. habitarūt: vt fuit tpe Martini. v. Colūnēſis ro. & Eugenii Veneti. PP. iiii. q p bienniū florētiæ cū Cardinalibus & tota curia cōmorat⁹ eſt/ & cōciliū ibidē celebrauit/ in q̊ græci coꝝ īpatore pn̄te de pceſſione ſpūſſancti/ idē qd̄ Ro. tenet eccleſia cōſenſerūt maximāq; cathedralē eccl'iam: cui⁹ teſtudo ī terris ſingulariis Philippi brunelleſchi flo. architecto curāte nullis ſubſtētaculis abſolutā p̄dict⁹ Pōtifex ſolēni pōpa dedicauit āno xp̄i M.ccccxxxvi. die vero. xxv. Martii atq; plenariā indulgētiā conceſſit: in q̄ baſilica iacet corp⁹ Stephani. pp. ix. q obiit florētiæ anno dn̄i. M.lvii. Ciuitas p̄dicta obſeſſa fuit ab Hērico īpe. āno xp̄i M.lxxx. tn̄ in pōtificis ptes pſeuerauit. Hēricus florētinos iterū obſidet Vrbani. ii. tpe qa pōtificis ptes ſeq̄bātur. De laudib⁹/ & pulcherrimis tēplis & ſūptuoſiſs. ædificiis p̄dictæ ciuitatis. Alias deo dāte nōnulla ſcribā. habet em̄ eccl'ias prochiales nūero. xliiii.

cõputatis.xii.prioriis e qbus nõnullæ collegiatæ. Habet ꝑterea Cenobia viroꝶ: ac mulierum ſanctimonialiũ.lxxvi.Hoſpitalia. xxxviii.Fraternitates puerorꝶ.ix. Viroꝶ vero ſine nũero abſq; Capellis/& Oratoriis mltis. Omitto ꝑterea eccl'ias multas & Palatia ĩfinita apud ĩpa mœnia Ciuitatis vndiq; cõſtructa. Quæ quidem ædificia aliã vrbẽ demõſtrãt. Nũc vero de nõnullis viris excellen.ꝑdictæ ciuitatis mentionẽ faciã. De viris ſanctiſſ. habuit zenobiũ epm ac ciuẽ flor.q ſepi⁹ ĩ Ambroſiana:nũc S̃o.s.Laur. eccl'ia dicta miſſam cũ btõ Ambr.celebrauit/ac vt alter Martin⁹ viuẽs tres mortuos flor.ſuſcitauit. Quid dicã de aliis epis.s.Andrea & Podio atq; Antonio/p merita quoꝶ Deus oſtẽdit ſigna multa ĩ ppl'o? Eugeniũ & Creſcẽtiũ cõfeſſores omitto/q crebris miraculis coruſcant. Quid dicã de Io.gualber Abb. q prim⁹ ordi. Vallis vmbroſæ ĩſtituit:brachiũ cui⁹ demões fugat/ ac lunaticos & ab ĩmũdis ſpiritib⁹ oppꝛſſos p ĩpoſitionẽ ipſi⁹ brachii liberat? Omitto ꝑterea multos viros ſctõs ord.minoꝶ & ꝑdicatoꝶ/ Seruorũq; & .s.Bñdicti & Auguſtini. De monialib⁹ & ſanctiss. Viduis/ac nobilib⁹ matronis ne ſim ꝓlixior finẽ imponã.noĩa quorum ſcripta ſũt ĩ cœlis ac venerãtur ĩ terris. De viris excellẽtib⁹ in theologia & phĩa Antoniũ habuit & Honofriũ archiepõs flo. Robertũ de bardis & Marſiliũ ficinũ/q nou⁹ Plato a Politiano/ & Lãdino appellat⁹ ẽ.Habuit ꝑterea Leonardũ brunũ hiſtoricũ & L.datũ Aloyſiũ marſilii Barth.lapacinũ. Pallã ſtroziũ/& Angelũ aciaolum. vtriq; eñ aurati eqtes cũ Donato eiuſdẽ familiæ philoſophi celeberrimi erãt. In iure vero ciuili Accurſiũ cũ Frãciſco filio Dinũ muſcellanũ Laurẽtiũ de Rodulfis Io.andreã flor. natiõe/Bon.vero adoptiõe. In poeſia vero Dãtem Aldigheriũ & Io.boccaciũ & Frãciſcũ petrarchã/ q̃uis nõnulli Aretinũ velint. Frãciſcũ barbarinũ omitto/& claudianũ(teſte zachariavicẽtino)modernos vero habuit Aloyſiũ pulciũ & Naldũ naldi/a quo nõnulla de cõponẽdis carminib⁹ didici:primitiaſq; fructuũ eidẽ pñtaui/& alia carmĩa ad Nicolaũ baldellã Cortonẽſem cõdiſcipulũ miſi vt dicã ĩ opuſculo põtificũ & ſapiẽtũ ſuiaꝶ. Omitto Dñicum floc.& alios multos. In oratoria vero Baptiſtã leonẽ de albertis Poggiũ blãdolinũ & Lapũ lrĩs græcis & latinis eruditiss. Guidonẽ de caualcãtib⁹/Gabric.lãdinũ. Nicolaũ de ſalutatis in epl'is/& Nicolaũ de nicolis. Omitto modernos.s. Chriſtophoꝶ Landinũ & Mattheũ palmeriũ/& ãbos rinucinos ac beniuenios & Lippos viros doctiss.ſeipſum Marcellum/& alios multos.

In Geometria Paulū geometra/& petrum mariaz/ Omitto fatiū de Vbertis/de quo io. Anni⁹ ait Fati⁹ de Vbertis flo. optim⁹/atqꝫ eruditiſs. Coſmographus/q in ſua geographia antiqtatem Viterbē exploratiſs.habēs.ait.n.trib⁹ nominib⁹ dictā Thuſcā Veiuzam/& Viterbū/de qua ciuitate beatiſſime pater nōnulla ſcripſi in opuſculo de ſignificatione & expoſitione arboris palmæ dedicato.D.Dñico franciſci Viterb.Secretario.R.Cardi.ſanctæ Sabinæ. Quæ ciuitas Viterb.habuit habetqꝫ viros multos excellen. Card.& epos.Omitto ipſum Egydiū Generalē ord.ſ.Auguſtini: virū doctiss.& predicatorē excelleñ.Scribit pterea prædictus Anni⁹.Fati⁹ florē.hyſtoric⁹ ſimul & pclar⁹ Coſmograph⁹ illuſtrior Blōdo fuit:vt q igenio Thuſco excelluerit/& explorata loca melius/& certius tenuerit.In Aſtronomia Bonactū/ſed exula patria Forliuienſem appellari voluit.Omitto Laurētiū Corniū.In Medicina vero phiſicos multos habuit excellen.vt fuit Din⁹ de Garbo & alter Din⁹ de gualdo/& Thade⁹/Turſianuſqꝫ eius auditor. Omitto Thomā/Nicolaū Falcutiū/ & ianottū manet. quos qdē excellētiſſimos viros viuere dico:nā cū virtute ipſa/ & gloria diē vltimā clauſerūt.In arte vero militari multi fuere peritiſſimi apud diuerſos impatores ac reges & duces/ vt dñs Philipp⁹ ſcolarius eques flor.apud Sigiſmūdū imp.honore & auctoritate prim⁹ habebat/hic copiarū Dux fact⁹.xx.ampli⁹ pliis variis tpib⁹Sarmatas & Thurcos in xpianos/inruētes ſupauit āno xpi.M.ccccxvi. In expeditiōe vero turcoꝝ Bonaguiſi⁹ de bonaguiſiis cui⁹ flor. pfectus gētis Italorū cū multis flor.viris expertis in arte militari prim⁹ fuit in obſidione magnæ Damiatæ ciuitatis/qui cū ſuis vrbē ipſam prim⁹ introiuit ac inſignia Chriſtianorum ſupra mœnia erexit.Quid dicā de Ioāne Strotio capitaneo Marchionis mantuæ/q glorioſus ad portas vſqꝫ ciuitatis mediolabis cūcta vaſtauit:Quid pterea de petro Caroli ſtrotio ac petro de Caponibus: Omitto Io.de medicis/& alios multos/qui vt veri antiq. Roma. multis & diuerſis pliis hoſtes ſuperarūt:victriciaqꝫ inſignia cum ſpoliis inimicorū ad priam triūphātes redierūt.In regimine vero & cōſilio habuit īfinitos:vt fuit.D. Nicolaus acciol⁹ vir ſtrenu⁹ ac doctiss.in reb⁹gerēdis ſapiētiss.q in regno Neapoli.noīe ioannæ Reginæ gubernator extitit an.D.M.ccclxvi.Moriturqꝫ Neapo.anno ætatis ſuæ.lvi.quo mortuo nōnulli tumult⁹ in ipſo regno oriri ceperunt.Omitto pterea multos viros ex familia medicea/ſtrotia/bardea/atqꝫ albizea. Quid dicā de viris excellētib⁹ in

pictura vt fuit Ioct⁹ ac Thomas maſaci⁹. Stephan⁹ ſymia. Thade⁹ ghadd⁹. Philipp⁹ carmelita. Io. ord. p̄di. Andreas & paul⁹ occelius. & piſceli⁹. Omitto modernos. ſ. Leonardū vinciū. Dn̄icum Gilādariū a quo nōnulla a teneris annis didici. Alex. botticellū. Philippū brādolinū & Laurentiū crediū. In ſculptura vero Donatū & deſideriū/ac Lucā de Rubea: q terreas ſtatuas cū vitro mixtas: vt optim⁹ inuentor prim⁹ fuit. Laurētiū de Cionis. Andreā Varrocchiū: & Antoniū roſſellū. Philippū Bru. & Miniū. Omitto Antoniū & Mattheū pullar. & Michaell. archāgelū q & pictura excellētiss. Omitto p̄terea Andreā ſanſuinū & Antoniū de pōte Scuio. Omitto impreſſores & miniatores & ſcriptores infinitos & moniales ipſas: quæ quidē diuerſa volumina pōtificibus ac regib⁹ ſcripſere ac picturis & auro exornarūt. in architectura vero habuit prædicta ciuitas Philippū brunelleſcū. Bernardū roſſum. Frāciſcū ciecā. Laurētiū de medicis q & muſica & oratoria p̄clarus fuit cū arte militari: ab oībuſq; appellabat̄ amator oīum virtutū & pater virorū excellētiss. tp̄e cui⁹ feliciſſimo erāt oīa pacata ad quē reges nō ſolū & principes Chriſtiani aratores & munera mittebāt. ſed magn⁹ turc⁹ ac ipſe Babiloniæ ſaladin⁹ oratores & munera balſami & auri ſericinaſq; veſtes & aīalia in his partib⁹ nunq̄ viſa cū tētoriis carbaſinis & ſericeis variis colorib⁹ & auro exornati bis ad Laurētiū p̄dictū miſerūt: quæ oīa propriis oculis flor. proſpexi. Quid plura. Pontifex ſumme cælū & terra. viii. die ante obitū ei⁹ p̄digia & ſigna dedere/ vt oīb⁹ florētinis notū eſt. Quo mortuo: ſtati vniuerſus Orbis ad bella ſe cōuertit. Italiaq; potēs occaſiones vndiq; ac prædatiōes multas ſenſit: ſuoſq; principes cū regib⁹ p̄didit: q̄ oīa pri⁹ cōſilio magni viri in pace cōſiſtebāt: redeam⁹ ad architecturā in q̄ fuit perit⁹ & Bart. gargiolus & Anto. ābo architecti Alex. vi. Omitto iulianū gallēſem & alios multos. ī muſica vero habuit Frāciſcū cæcū. q muſica & aſtronomia nō ſolū peritus fuit ſed & poeſia. Nā a Venetorū Duce viro doctiss. coronatus: deīde vero vt poeta a rege Cyprio laureatus fuit. Omitto Antoniū & Frāciſcū & alterū Antoniū a quo nonnulla didici (vt ī muſicæ opuſculo ſcripſi) Omitto p̄terea Micha. archāgelū & vxorē ac ipſas moniales peritiſſimas. Sed dolēdū eſt flēdūq; op̄a. n. ml'tor̄ excellētiss. flor. eſſe abſcōdita inuidiæ cā ac ml'ta ī bibliotecis pōtificis & mediceis vidi q̄ nō ſunt īp̄ſſa. Quid dicā de mercatura vt fuit Coſmas medices/ & alii īnumerabiles viri ditiſſimi. Omitto Bartho. melchionē apud fideliſſimū regē por

tugal.q̃ nõnullas naues nr̃o tp̃e propriis ſumptib⁹ cũ regia claſ-ſe cõtra pfidos ĩfideles parauit. Omitto agriculturæ peritiſs. infi nitos. Quid p̃terea dicã de lanificiis & ſericinis linteaminib⁹ arte frigia & auro atq; argẽto circũtextis vulgo brocchati & riccha-mi/& aliis cuiuſcũq; generis exercitiis? Nõ viri tm̃ laudãdi ſed & mulieres ipſæ laudandæ ſunt: q̃ Romã vſq; venere/vt monaſteria nõnulla reformarent/nouiſſime vero iuſſu tuæ. S. moniales vene rũt ad monaſteriũ. ſ. Silueſtri. Multas calamitates/ac bella ciuilia diuerſis tp̃ib⁹ ſimul cũ peſte pp̃eſſa eſt florentia. Nã lugubris/& miſerãda peſtis pene p orbẽ vniuerſum triũ annorum ſpatio vſq; brittanos deſeuiit/& ãno xp̃i. M.ccc.xl. ampli⁹ ſexaginta hoĩum millia Florẽtiæ ĩtra Vrbẽ aſſumpſit: & p agrũ cuncta pene deſerta reliq̃t: q̃ ciuitas pri⁹ anno dñi. M.clxxvi. duob⁹ ĩcẽdiis magna ex p̃te cõcremata fuit. Omitto diſſenſiões & ciuilia bella & pecuniã infinitã ĩ emptione ciuitatis Lucanæ. Quid dicam de bellis cõti-nuis cũ potentatib⁹ italiæ. ipſa. n. in medio multarũ ciuitatũ tanq̃ cor ipſi⁹ italiæ cõſtringit̃: & ſemp(vt oĩb⁹ patet) viriliter ſe defen ſat̃: habet. n. eccleſia a p̃te vna/ab alia vero Ianuẽſes ac Venetos ab alio latere Lucẽſes ac Senenſes: ab altero nãq; Bononienſes/& Principes nonnullos cũ qb⁹ ſæpe pugnat nõ ſine maximo diſpẽ-dio. Decies cẽtena & ducẽta ſexaginta ſex aurei nũmi millia p ſex tm̃ hui⁹ anni. M.ccexci. mẽſes in mediolanẽſi bello a florẽtino po pulo ĩpẽſa ſunt atq; ĩtegre pſoluta. Omitto pecuniã ĩnumerabilẽ datã Stephano bauariæ duci/q venit ĩ flor. auxiliũ/& nil memora bile gerẽs ĩ ſuã regionẽ reuertit̃. Omitto theſaurũ infinitũ quod Robert⁹ ĩp. a flo. po. accepit cõtra Galeatiũ medio. ducẽ/qui max. exercitu in Italiã trãſiit/& nulla memorabili geſta re trãs alpes ip ſas reuertit̃ an. xp̃i. M.cccci. De piſanorꝫ bello nõ facio mẽtionẽ: ĩ quo Venetorũ milites bis cũ ĩſig. & equitib⁹ a floren. profligati & capti fuere. Quid plura? ſoli cõtra Venetos & ianuẽſes ac Lucẽ ſes: Senẽſeſq; ac piſanos atq; ipſum Valẽtinũ Borgiam/ac exules florẽtinos ĩpetũ vnanimiter faciẽtes eodẽq; tp̃e reſiſterũt/ac vi-ctoria tãdẽ potiti ſunt. Omitto liburnorũ obſidionẽ. Ciuitas ipſa ſub ei⁹ ĩperio benigno nõnullas ciuitates e duodecĩ æthruriæ ha bet: quarũ Mezẽti⁹ dñabat̃. ſ. ciuitates piſarũ Feſularũ & Volater rarũ: & Aretii. habet. & piſtoriũ & alias cũ oppidis munitiſs. & lo cis fortiſs. Omitto Colonias mľtas more Ro. quas emiſit & noua oppida fũdauit/Vt placet Leonardo Aretino/q ſcribit Vrbs ve-t⁹ a florẽtinis originẽ habuit/q̃ oĩa Lili⁹ Vicẽt. cõfirmat. Senẽſes pr̃ Beatiſſime volũt. S. tuã ĩ numero cõciuiũ ac põt. ſuorꝫ hr̃e: cui

oratores cũ munerib⁹ miſerũt. noſq; irridēt dicētes nullũ habuiſ ſe pōtificē. Nō.n.ſciũt oēs flor. decreto pub. & priuilegio legis ci ues Saon. & ecōuerſo que ciuitas p̄clara Saonēſis habuit habetq; Car. multos & Pōt. Senēſes vero(iuit⁹ dico)nũc taceāt abſq; car. vllis: lætent̃ vero florētini tris.n.hñt cardi. abſq; cōciuib⁹ Saon. lætet̃ & inclyta ciuitas Saonēſis de cōciuib⁹ flor. q vt alter ſol vbi q; lucēt ac florēt. Bonifaci⁹ nãq;. viii. Pōt. maxi. iubileũ īdicit & publice prælatoꝝ aſſenſu cōcionat⁹ ē & recēſuit ſeco anno. xii. le gationes quarũ florētini extiterãt principes a diuerſis mũdi prin cipib⁹ accepiſſe: & legatoꝝ īde nominib⁹ atq; familiis palā exhibi tis iniunxit. ī gloriā igit̃ Florē. nominis affirmo ī gubernatiōe or bis terrarũ Florētinos aliud elemētũ fore. Vere ꝓphetauit: nā in nouo mũdo Albericus Veſpulſius Flo. miſſus a fideliſſimo Rege Portugal. Poſtremo vero a Catholico Hyſpaniarũ Rege primus adiuenit noua īſulas & loca īcognita: vt ī ei⁹ libello Graphice ap paret/ī quo deſcripſit ſidera/& nouas īſulas/vt ēt apparet in Epi ſtola ei⁹ de nouo mũdo ad Laurētiũ iuniorē de medicis. Legit̃ p̄ terea q̧ ipſi Romani a Florētinis populares quaſdā leges p legatos anno. Xp̄i. M.cccxxviii. popoſcerũt: q̄b⁹ qdē Flo. populus ſtatuta ipſa(vt bon⁹ fili⁹)maxīa cũ reuerētia cōceſſit. Zacharias Vicenti. ī deſcriptiōe orbis dicit: Florētia lanifici ac ſerici merca tura p̄ ceteris illuſtrat̃ ciuitatib⁹: vitiũ & olearũ fœcunda/ac fru ctuũ oīs gñis abũdās vitis q̄q; bonarũ artiũ doctrina p̄ditis: oī q; gñe laudis p̄ſtātiſſimis exornat̃. Qua ꝓpter Beatiss. Pr̄ IVLI Ciuitas & ciues p ſe nobilitate clarēt & virtutib⁹. nō. n. opus eſt vt a me laudēt̃. Sol⁹ nãq; De⁹ laudād⁹ & glorificād⁹ ē: cui laus/ honor/virt⁹ & gloria/poteſtas & īperiũ ſempiternũ. Ex Vrbe die iii. Men. Iun. M.D.IX. in die Sāctiss. & indiuiduæ Trinitatis in ædibus Reuer. Cardi. tit. ſanctæ Sabinæ.

Franciſci Albertini Diſtichon.

Si nunc errarē/fateor me errare libenter:
Nam ſine cenſore nullus in orbe fuit.

Vincentius Rauennas ad libellum.

Mirantur cuncti/ac omnis mirabitur ætas:
Quod rerum ſummam parue libelle tenes.
Sic te non cupiet doctorum turba virorum.
Et dicent omnes tu mihi gratus eris.

Imp̄ſſũ Lugd̄. p Ioā. mariō ſũptib⁹ & expēſis Romani morin bi bliopole eiuſdē ciuitatis. ãno dñi. M.D.xx. die vero. xxviii. martii.





82-52110

SPECIAL 92-B
N 2110
6920
A33
1520